non intervenit confirmacio sed sola installa
cio tunc talis actus habetur loco cōfirmac
onis vnde in preben. diuiß talis installacio
sive investitura tribuit ius administrandi In
prebendis autem non diuisis loco confirma
tionis est quod recipitur eius iuramentum
professio vel obediencia vel q dentur pāni al
taris campane vel aliud simile vt predixi su
pra in ꝓh. si autem cōsuetudo nec refert an re
cipiens sit epūs alius ve prelatus ad hoc
habens potestatem. Tertio casu scz vbi nec
sit confirmacio nec installacio tunc potestas
administrandi recipitur ex solo habitu pos
sessionis Est tamen differencia inter eos q
istos qui habent solam installacionez loco cō
firmacionis Nam confirmati vel sic installa
ti admittuntur nomine beneficiorum suorū
ex quo de ꝯfirmacione tali cōstat nec potest
obici q sunt iniuste promoti quia confirma
cione q tuicione tutorum omnia roborātur
ff. q aut falso tu. l. i. Hij vero qui nec ꝯfir
mantur nec installantur non habent necessa
se probare nisi solam possessionez que eis suf
ficit ff. siv sussi. pe. l. vti. ꝯ. i. Ex premissis sa
tis apparet q inductio non est pars tituli
in hijs q ꝯfirmacionez institōez vel collacionez
a potestate ad hoc habente recipiunt. Sed in
hijs qui solam installacionem recipiunt ip
sa installacio sive inductio habetur pro ipso
titulo Est tamen inductio necessaria ad efs
fectum vt institutus possit licite bona talis
beneficij ministrare q dic vt dixi supra eodē
titulo c. Cum sm apostolum d. institutus
sunt. Facere. i. in sotmam cōprehensum
sub scriptura q sigillo redigere q sic facere est
aliquid ex presenti materia operari. Trade
re alias enim non videtur plene facere ff. de
leg. i. l. si ixtes. Differre sic ergo duo
hic restantur quorum singula inferunt re s
nam inferius limitatam videlicet litteras in
ductionis non facere q tradere. Item eorū
factionem q traditionem. Indebite q
exquisitos colotes deferre. Indebite q sis
ne rationabili causa q ressante rationabili i
pdimento Sed nūquid archidiaconus vl
tra sumptus pro dieta de quibus hic loquis
tur extra possit aliquid ab inducte recipere
nomine feodorum sibi q suis officiarijs sol
uendorum forsan vbi consuetum est aliquid
certum loco talium solui per ipsos inductos
non incurrēdo penam huius constitutionis
Quod non patet littera huius constitutio
nis que dicit vel quicquam amplius recipi
ant propter inductionem eā. Nisi forsan in
telligas litteram illam scz propter actū ins
ductionis qui consistit in labore corpali q i
sumptibus exponendis Et sic feoda cōsueta,

nichilominus recipere valeant cum in hac cō
stitucione non prohibeantur expresse q max
ime cum penalia sint restringenda ff. de penis
l. interpretacione cum similibus q hoc puto
verum quia per talem receptionem non in
currunt hanc penam Sed alias vt simonia
ci punire possunt quia contra receptionem fe
odorum prohibicio videtur expressa in c. nō
satis de simonia vbi nec ab eo vbi etiam sta
tuitur in talibus consuetudinem non valere
q facit ad idem eodem titulo c. Jacobus nec
obstat si dicas c. non satis loqui de cōmissis
ne cure que sit per episcopum non autem de
inductione que sit per archidiaconum qz ea
dem ratio est in vno sicut q in alio Nā vtrū
qz est quid spūale pro quo non debet pecu
nia exigi vt ibi patet q est expressum eodem
titulo c. in tantū ad fi. q facit ad hoc sup hoc
libro de institucionibus c. i. d. de hoc dixi sup
d. extorqueri. Ab officio scilicet archi.
sine ministerio q exercet sit culpabilis. et ī
gressu hec ei due pene hic habentur p vna
Nam vbi due pene imponūtur pro vno delic
to dicitur pena vnica q non due q dcor. in si
mili de sen. exē. c. i. ꝯ. caueant libro sexto sm
dnōs qui ibi sic notat ipso facto scilicet abs
qz sēa hominis opus tamen est declaracio
ne de hereticis c. cum sm leges libro sexto
Donec q. sic ergo facta restitucōne statim
absolutus est q dic vt scripsi supra de so. pō
c. i. d. satisfecerint. Et lesa hoc intellige in
casu dilacionis faciendi q tradendi litteras
sup inductione cuius pretextu forsan quia i
visitacione ordinaria vel metropol. vel alias
in indicio de sua inductione non potest docē
re propter carenciam huiusmodi trārum les
sus q dampnum passus est. Satisfaciat
scilicet restituendo dāpna q interesse ipsi dāp
num passo alias satisfaciendo voluntati ipsi
us lesi prout notatur in simili de vsur. c. ꝙ
d. satisfactum per archi. li. vi.

DE lepra q infra Ste
phanus in concilio
Oromeū. illud absur
dum reputamus om
nimo vt aliquo existente persona
vnus ecclesie alij de consensu il
lius persone aliquid cōferatur in
eadem ecclesia nomine persona
tus nisi persona prior ecclesiam
totā prius simpliciter dimiserit re
signandā Item statuimus q
non liceat alicui aliquid in eccle
sia assignare cuiq nomine bñficij

quasi hoc liceat obtinere cum a⁹ lio beneficio cui cura commẽda fu erit animarum.

Et sepe Hec constitutio Sce pham archiepiscopi edita in con silio Oxon. primo. Et est po hu ius supra de presumpt. ne lepra Et habet duas ptes que de seipsis satis pa tent. **Perlong** Idest rectore Et loquitur ſm vulgare anglicorum. **Ecclesie** In qua scilicet vniuersaliter intitulatus est Et ad ⁹ uerte ad idem quod dicit vnius ecclesiẽ. Mã ecclesia vna etiaz de consensu intitulati in ea dem manente vnitate in plures titulos dini di non potest vt hic ꝙ in constitutione octo boni vnitatem. **De consensu** Contra vi detur de ecc. edi. c. iij. vbi apparet ꝙ sine con sensu rectoris potest de proueniens eccle ⁹ sie alteri beneficium assignari etiam in titulũ vnde multo fortius hoc potest fieri de consen su rectoris. ¶ Solutio illud c. iij. loquitur vbi de pingui beneficio ꝙ ampla parochia fu ⁹ unt duo beneficia ꝙ due parochie sepate. sic ꝙ quelibet ecclesia suum rectorem habeat qđ satis licet vt ibi. Hic vero loquitur de duo bus rectoribus ponendis in vna eadem ec ⁹ clesia vnitate manente quod non licet vt ple nius dixi supra de preben. c. i. ibi videas.

¶ Item op. de c. per tuas iij. extra de simo nia vbi patet quod de consensu rectoris ec ⁹ clesie potest aliquis intitulari ad eandem Et facit ad idem de iure patro. c. penultimo So lutio c. illa loquũtur de titulo cõcesso pmo ꝙ uendo ad ordines nimis tituli assignatio nõ facit sectionem beneficij quo ad titulum per petuum Nec obstat patrono quin possit mo tuo vel cedente rectore alium libere ad totum beneficium presentare vt legitur in dicto c. penultimo. nec taliter intitulatus habet ti ⁹ tulum sub nomine personatus quod hic pro hibetur sed solum vt aliquam percipiat por cionem pro sustentatione vite que ſm So stien. in dicto c. per tuas debet esse ita tenu is quod per hoc non videatur sectio etiã fru ctuum inter eos **Aliquid** Idest aliqua por tio nomine personatus videatur in titulum beneficij vt sic in eadem ecclesia sunt duo re ctores intitulati vnitate manente vt tamen ibi sit rector ꝙ vicarius perpetuus bene licet ad portionem vicarij aliquid de consensu re ⁹ ctoris assignare. Nam in hoc casu non sunt duo capita sed vnum licet sint duo beneficia distincta in vna ecclesia sicut patet in episco po ꝙ decano Sed nonne iuri pro se introdu cto potest quis renũciare extra de reg. c. sta tuimus Quare ergo de consensu rectoris nõ potest in eadem ecclesia aliquid conferri alte ri nomine personatus cum in hoc casu solum iuri proprio ipsius rectoris derogetur So lutio per talem collationem non solum dero gatur iuri ipsius rectoris priuato Sed etiã iuri publico quod prohibet sectionem bene ficiorum de preben. c. maioribus Unde nul li iuri renunciari non potest de foro ppe. c. si di ligenti cum si **Ecclesiam totam** Idest totum ꝙ integrum ius quod habet in eccle sia **Simpliciter** scilicet absqz conditio ne vel pacto vel aliquid conferatur in eade aliqui nomine beneficij perpetui. **Sicsimili** **dam** Ex hac littera apparet ꝙ facta tali re signatione possit aliquid conferri de fructib talis beneficij nomine personatus licet non conferatur sibi integrum beneficium Et hoc probare videtur dictio nisi hic in textu posita ibi nisi persona prius cẽ. acsi expressius di ⁹ ceret si rector velit in totum renunciare nic potest alteri certa portio assignari nomine p sonatus Et idem puto verum sic vt ipsa ec clesia vacante de eo qđ prius erat vnum be neficium fiant duo beneficia separata ꝙ qui libet dicatur prelatus pro se ꝙ sic stat c. va ⁹ cante de preben. Unde nota ꝙ vacante bene ficio vt in eo creetur nouus titulus quatu de requiruntur. ¶ Primum est vt destinatio animi vt scilicet fiat non animo semdendi be neficium manente ipsius vnitate sed vt fiat animo creandi duo beneficia ꝙ duo iura ꝙ di uinum altum augmentandi Secundo vt fi at cum consensu eorum ad quos pertinet vt puta patroni episcopi ꝙ capituli Tertio qđ fiat ex causa rationabili. Quarto ꝙ facultа ⁹ tes suppetant pro duobus intitulandis. hoc notat hostien dicto c. vacantis Et post eum pet. de anchorana ꝙ anthonius. **Item statuimus** Secunda pars **Neqz alio rum** patrono neqz rectori neqz vicario. **Cum qz** Et sic videtur nec promouendo ad ordi nes Quod dic ſm doctores in c. per tuas. iij. de simonia de iure patronatus c. penulti. de fil pbit. c. proposuit Et vide quod dicam infra d. beneficij Et nota ꝙ talis presentatus ad ordines ad titulum alicuius ecclesie non habet ius in ecclesia ex aliqua institu ⁹ tione sed habet solum petitionem alimento rum ex presentatione acquisitam ſm paulũ qui sic notat de iure patronatus c. ij. d. re ⁹ ctoris in. clem. **Beneficii** Intellige de ta li beneficio in quo requiritur institutio a ⁹ nonica Deus tamen esset in beneficio tem porali ad vitam conferentis forsan concesso sine fiat in pensione certa de portione recipiẽ da Nam talem pensionem vel portionem be ne potest rector alicui in ecclesia sua etiam sic ne ꝛsensu. patroni vel episcopi cum in hoc ip sius solius sit preiudicium vt dicit paulus in clem. presall. in fi. glo. pẽdentis. ¶ Potest etiam conferre alicui ordinando titulum in ecclesia sua vt scilicet alimentetur frugaliter et

hus huiusmodi alimentationem ꝓtendi nō duxit citra tempus talem titulum conædē tis ꝓout sentit Johan. lxiij. di. principali & etiam petrus de Ancho. dicto c. penultiō. de iure pō. licet glosa ibi vacillet. Quasi hoc, scilicet beneficium sic assignatum et nota q hec dictio quasi stat similitudinarie & nocet. in simili de pbend. l. si procuratorem in fi. ff. ex quibz ca. maiores l. ait pretor. H. Item ei vbi de hoc in glosa Quandoqz hec dictio quasi e nota veritatis extra de cōsuetu. c. parochianos vbi de hoc per Bern.

Clio beneficia, scilicet curato vt sequi tur tali videlicet q cum beneficio de quo hic loquitur sit incōpatibile Pro quo vide quod scripsi supra de prebend. c. audistis H. dicimus d. Incōpatibilia. Cura animarum, sicle principaliter Dicus si secunda die d. gnāa in ecclesia parochialis curata prebenda annexa de prebendis c. super eo libro sexto. Et que sunt illa beneficia quibus annexa ē cura animarum vide supra de prebend. c. audistis d. cura animarum

Constitucio Bonifacii

Nostris maioribus & infra Statuimus q clericis pauperibus Aque benedicte bñficia conferantur. Et quia inter rectores & vicarios ecclesiarum & suos parochianos super collacione huiusmodi beneficiorum lites non nūquam audiuimus suscitari quas sicut cordi nobis amputare debemus decernendo statuimus vt idem rectores & vicarij quorum magis est scire qui ad huiusmodi beneficia existunt ydonei tales clericos in predictis beneficijs preficere studeant Qui iuxta corda eorum sciant et valeant in diuinis officijs sibi congrue deservire & suis velint obtemperare mandatis. Quibus si parochiam maliciose subtrahere velint elemosinas consuetas ad ipsos largiendas sibi solicite moueantur. Et si opus fuerit per quascumqz censuras ecclesiasticas districtius compellantur.

Bonifacius.

Nostris maioribus Hec constitucio Scribitur in quibusdam libris Bonofacio archiepiscopo Et in quibusdam Roberto wyncelsee Et habet tria dicta. In primo decernit q officium aque baiulatus conferat vt beneficium ecclesiasticum. In secundo ibi Et quia statuit illud conferri debere per curatuz ecclesie. In tercio ibi Quibus & cetera. vult parochianos compelli ad presentandū ipsis aque baiulo elemosinas consuetas. Clericis Non ergo laicis Et intelligas illum quo ad hoc esse laicum qui non est ordinatus licet alias sit competentis litterature xij. q. i. duo sunt de eta. & qualita. Cum contingit Si etiam bigamus sit licz prius fuerit ordinatus Tamen inter laicos debet computari quia talis omni priuilegio clericali nudatus est de bigamis c. altercationis libro sexto Si autem fuerit cōiugatus non tamen bigamus dum tamē habitum & tonsuram gerat clericales habebitur vt clericus in duobz vt scilicet in persona gaudeat priuilegio clericali Juxta c. Hi quis suadente xvij. q. iiij. Et vt non trahatur coram iudice seculari de cle. cōiug. c. vnico libro sexto In ceteris vero habebitur vt laicus Quia quod de vno conceditur in alio denegetur xxv. di. Qualis & propter ea dicit Franciscus quod clerici coniugati in ecclesia stabunt inter laicos & non inter clericos & all. Johan. an dicto c. vnico & sic nota. in c. primo. de vita & honestate clericorum vbi. nota sm petrum de Ancho. Unde ex premissis apparet quod istud officium de quo hic loquitur non debet conferri clerico coniugato Quia clericus iste habet deseruire presbitero in altari secum cantare et epistolam legere De vita & honestate clericorum c. vt quisq; Sed vt predixi clericus coniugatus non stabit nec sedebit inter clericos sed inter laicos ergo & cetera.

Puto tamen q indefectum clericorum non coniugatorum bene possent assumi ad tale officium clerici coniugati dummodo non sint bigami & gerant habitum & tonsuram clericales ar. ad hoc de vel. do. c. inter quatuor.

xxviij.di.& sy nauſane & clerico coniugato
c. Johannes. Nec obstāt prius allegata
quia in hoc casu necessitas excusat maxime
adiuuante ad hoc consuetudine. Juxta nota
ta per Innocentium dicto c.i.de vita & ho
nestate clericorum. Pauperibus.
Quibus scilicet parentum & propinquo
rum bona non suffragantur i.q.ij.clericos.
Aque benedicte De hac habetur de con
secratione distinctione iij. Aquam. Et ibi
patet ad quid ordinatur et de eius effectu.
& quod delet veniale & quod nō est sacramē
tum sed sacramētale notatur ibi per archid.
Item de figuris veteris testamenti quo ad hu
ius aque aspersionem habes de conse.di.iiij
nec quemq̄. Beneficia Large sumitur hic
dictio beneficium prout est beniuolus actus
tribuens gaudium capienti vt in libro seu
dorum ti in quibus casibus seu.amit.c.ober
tus.q.in primis. Unde prestimonia & pensio
nes & alia huiusmodi que seruitoribus & mi
nistris ecclesiasticis conferuntur absq; titu
lo beneficia dici possunt xvi.q.i.possessores.&
dixi de hoc supra de cle.coniugato c.i.d. eccle
siastica beneficia. Et quia Secunda pa.
Suscitari Parochianis forsan asserenti
bus collationem huiusmodi ad eos spectare
a rectoribus vel vicarijs contrarium asse
rentibus. Imputare. Concor.extra de
do.& otiu.c.finem litibus vbi de hoc sunt dē.
Sed melius ad propositum.xc.di. placuit.
& c.studendi. Rectores et vicarij In
telligo hoc singulariter vt scilicet in eccleſia
vbi est rector fiat hoc per rectorem. Ubi ve
ro solum est vicarius hoc fiat per vicarium.
Sed quid si sint in vna ecclesia rector & vi
carius quis eorum conferet istud officium.
videtur quod vicarius quia cum eius sit cu
ra animarum vt dixi supra de cle.non resid.
c.preterea d.vicarios & maxime adiutorium
ordinatur talis clericus vt in c.vt quisq; de
vita & honestate clericorum per vicarium ip
sum vt videtur veniat eligendus cuius est
talem sibi eligere qui sibi in hijs que ad eius
officium spectant valeat deseruire Puto ta
men quod per rectorem debet institui qui in
ecclesia principalis & caput existit & a cui
ure tanq̄ principali vicarij pendo dependet
Sufficit enim curum gerenti quod clericū
secum habeat vt in dicto c.vt quisq; liceat ip
se eum non eligat vt ibi innuitur Unde fiat
non absq; patrono cuius proprium est mi
nistros principales ecclesie presentare Po
test aliquis in ecclesia institui xxi.q.vij.de
cernimus Dic nec potest talis clericus in
stitui ab q; rectore cuius est proprietas cu
re in eadem vt dixi dicto c.preterea verbo vi
carius supra de clericis non residentibus.
Potest tamen non incongrue dici quod ta
lis clericus inst.tui siue deputari debet per
vtrumq; scilicet tam per rectorem q̄ per vi
carium tamē vtriq; eorum talis clericus mi
nistrare & subesse debeat sicut contingit in de
cano rurali qui eligitur tam per episcopum
q̄ archidiaconum cum sit minister communis
vtriusq; extra de officio archidiaconi c.
ad hec in fine Magris Duple q̄ parochia
norum Et considera bene hanc litteram.
Non autem dicit quod rectores & vicarij
magis sciunt qui sunt idonei ad tale offici
um sed quod eorum magis q̄ parochianos
rum est scire qui sunt idonei. Potest enim
esse quod aliqui parochianorum viri bene
literati magis sciunt tam in lectum q̄ in cā
tu & alijs in furn ecclesiam & extra per tales
clericos agendis qui sunt idonei q̄ ipsius
ecclesie rectores vel vicarius. Sed magis
pertinet talia scire ad ipsos rectores vel vi
carios q̄ ad parochianos quia magis de
ea talia versari debēt ipsorum rectorum & vi
carioꝝ officia & ipsi magis scire tenentur
Ad quod faciunt per me superius notata de
summa trinitate & fide catholica c.i.verbo scis
at.& verbo videas. Perficere studēt.
Ad prelatum enim pertinet in ecclesia sua
inferiores ministros suos instituere nec po
test patronus tale ius sibi vendicare prout
clare notatur lxiij.distim.principali per Jo.
& etiam per archidiaconum Et ad idem ap
plicari potest quod legitur & notatur de filijs
presbiterorum c.proposuit cum sua glosa.
Si ergo hoc patronus in ecclesia facere nō
potest multo minus hoc poterint facere paro
chiani. Corda eorum scilicet rectorum &
vicariorum & dicit illud intelligi inquantū
humana fragilitas scire patitur extra de scru
tineo in ordine faciendo c. vnico. Sciant In
hac scientia requiritur vt sciant lectiones &
epistolas legere responsoria & gradalia & hu
iusmodi cantare xxv.di.perlectis vsq. ad acco
litum cum duobus vsq. sequentibus. Valeant
scilicet de iure & de facto De iure vt qui
non sunt bigami vel alias coniugati. Pro
quo die vt dixi supra e.d.clericis de facto. ita
vt non sint mutilati egrotantes vel alio im
pedimento canonico detenti extra de corpore
vitiato & clerico egrotante per totum. Di
uinis officijs scilicet missa matutinis &
alijs horis canonicis xij.distim.de hijs xcij
distim.c.vltimo. Congrue Dest conueni
re videlicet temporibus debitis. Deserui
re Hoc quod hic dicitur non solum intel
ligas de officijs inquantum sonant pro ho
ris canonicis sed etiam in sacramentis & sa
cramentalibus ministrandis quorum mini
stratio nulli dubium quin sit officium diui
num. Obtemperare Idest obedire Mā
datis maxime circa ea que ad officium di
uinum pertinent Pro quo vide supra de ma
ioritate & obedientia c.i.verbo parebunt.

Cuibus Tertia pars Malicioſe poſ
ſent enim parochiam eos forſan de facto cō
pellere quia per eos vel per eorum conuen
ſum non ſunt introducti quorum tamē mas
licijs obuiandum eſt de reſcriptis c. Dedere
nec eſt per iudicem iuſtum huiuſmodi malis
cijs indulgendum eodem titulo c. plerumq;
q eo ipſo presumitur malicia q eis ne pre
ſunt Dicit alias notatur de iure patrona
tus c. paſtoralis ꝺ. malicioſe per verū. q̄ re
muneratus pro pl quarum ſubtractione ex
tri ita mundus fame q penuria pereunt xvi.
q. i. Neuertimini Et ex hoc q dicit elemoſi
nas potes colligere q tales clerici non po
ſunt aliquid vendicare per viam certi benefi
cij ſine votacionis ratione ſui aque baiula
tus Sed ipſa ſuſtentacio per eos colligi et
leuari debet a parochianis ſm morem q cō
ſuetudinem patrie et hoc eſt q ſequitur. Cō
ſuetas hic em conſuetudo conſiderari debet
ſ morem antiquitus obſeruatum que eā
am in quantum contrarit augmentationem
cultus diuini in eccleſiaſticis officijs volun
tarie imutari non debet Sed ad hoc parochi
ani compelli poſſunt per epiſcopum vt infra
ſequitur pro quo vide q dicaz in glo. ſi. mu
neratur ñ ſolum per ipſos curatos Sed
potius per locorum ordinarios Et nota q
monicio precedens facit non parentem eſſe
in dolo ff. de edendo l. quedam ℣. Is autem
am glo. Et debet talis monicio eſſe canoni
ca de qua habetur de app. c. reprehenſibilis
glo. ꝯ. Et debet eſſe trina vel vna pro omni
bus habens aliquorum dierum cōpetencia
intervalla de ſen. excommunicationis c. con
ſtitutionem libro ſexto. Omnis cuerit
Juliart quia aliter obedire nolunt. Quat
cumq; ceſſuram quarum tria ſunt gene
ra ſcilicet ſuſpencio excōmunicatio q interdi
ctum de ꝺ. fig. c. querenti. Cōpellātur Cō
tra iſtud facere videtur c. vt quiſq; de vita et
honeſtate clericorum vbi apparet q clericus
huiuſmodi debet ſuſtineri de bonis eccleſie di
cunt namq; ibi doctores q eccleſia in tantū
debet dotari vt ditatus ſe cum poſſet habere fo
cum vel ad minus clericum qui poſſit q debe
at ea facere que ibi recitantur Sed dic quod
iſtud de quo hic loquitur habet locum a par
te conſuetudinis quam eo q laudabilis eſt.
ſeruare tenentur parochiani q ad hoc com
pelli poſſunt extra de ſimonia ad aplicaz vbi
de hoc illud vero loquitur de iure communi q
ex honeſtate non ex neceſſitate ſm Petrum
de Ancho. in dicto c. vt quiſq; in principio q
notatur q in hac materia poſſet dici conſue
tudo laudabilis illa que forſan eſt introduc
ta vt vnuſquiſq; pater familias die quolibz
dñico clerico differenti aquam benedictaz ali
ad ſm exigentiam ſtatus ſibi tribuat Et q
in natali domini habeat a ſingulis domibus

ibus vnum panem q etiam certa ova ad pa
ſcha q in autumpno certas garbas poſſz ecā
am dicā conſuetudo laudabilis vt clericus ta
lis ſingulis anni quarterijs aliquid certum
habeat in premia ad ſuam ſuſtentacionem q
colligi debeat q leuari in tota parochia. Ta
lis namq; conſuetudo tanquam laudabilis ē
ſeruanda q ad hoc compelli debent parochia
ni officio iudicis licet iure actionis talis ſu
ſtentacio preſti non poſſit fieri ad premiſſa pa
di. in hijs aim ſimilibus ex quo enim paro
chiani tanto tempore ſic ſoluerunt preſumi
tur ab initio ſe ad id voluntarie obligaſſe nō
enim cogēdus ē talis clericus expenſis pro
prijs militare x. q. vlti. relatis xij. q. ij. ca
tatem Et hec vera intelligas quando paro
chiani ſunt ſoluendo Alioquin nuntius de
bet talem clericum exhibere vt in dicto c. vt
quiſq; preall. q facit ad hoc xij. q. iij. cauēdū.
q hoc verum ſi beneficium ſuum ambobus ſuf
ficiat vt dixi ſupra in principio gloſe.

Conſtitucio Johannis Stratford.

Eurientis auaricie q
Infra Preſentis cō
cilij prouiſione Sta
tuimus q quicum
q clerici ad dignitates perſona
tus officia vel prebendas aut a
lia beneficia eccleſiaſtica quorum
q pleua q occupata de facto ſe
preſentari ſeu ea ſibi cōferri per
quemcumq; decetero procuran
tes ſi directe vel indirecte virtu
te breuium Quare non admiſit
vel quare impedit q cetera. Cum
ſimilium tacito in dictis breui
bus de beneficiorum poſſeſſori
bus q eis vocatis rite non amo
tis contra epiſcopos ſeu alios
in ſeculari curia proſequantur.
niſi de tamis vacacionum preten
ſarum ad ordinariorum man
data inquiri q poſſeſſores per iu
dices eccleſiaſticos competētes
canonice primitus amoueri fa
ciāt maiores excōmunicacionis

sententiam incurrant ipso facto & tamquam sic excommunicati ad beneficia talia nullatenus admittantur sed inhabiles ad ea perpetuo cēseantur.

¶ Si vero contra hoc quisquaz moccupato beneficio instituitur seu admissio huiusmodi omnī iuris effectu careat.

¶ Et quicumqz sic instituens vel admittens iure prepcio vel delegato taliter presentatū vel collatum in obtento per alīū beneficio ipsius possessoris sufficiēti auctoritate in fore ecclesie sencialiter non amoto ab officio & beneficio tam diu nouerit se suspensum donec benefitium possessori reserceatur vt cōuenit omne dampnum Et institutus taliter vel admissus si se in occupato per alium beneficio contra hoc paciatur induci censeatur intrusus & penas intrusionis constitutionis octobom que incipit Amoris propeij contentas necnon alias a canonibus & sanctis patribus inflictas ipso facto incurrat. ¶ Per premissa tamen non intendimus ordinariorum potestati quin beneficia ad eorū collationē spectencia quouismodo de facto occupata non de iure conferre poterāt derogare nec eorum collationes beneficiorum admittentes constitutione huiusmodi coartari

¶ Sententia Hec est constitutio Johannis stradford non tamen alique eorum que continentur sub constitutionibus que mūpiunt sponsam xpisti sacrosanctam Et habet tria dicta pn

capalia In prima fuit statutum penale contra procurantes se promoueri ad beneficia ecclesiastica que sunt plena de facto licet non de iure & que cum hoc omisso processu canonico contra inambentes tales in foro ecclesiastico mouendo vrant ordinarios vel alios per breuia regia in foro seculari ratione non admissionis sue vel impedimenti quo minus admittantur ad eadem. In secunda ibi Si vero statuit quid in hoc casu fieri et seruari debeat tam in persona admittentis quam admissi contra predictum statutum & eiam qui patitur se induci in possessionem talis beneficij In tertia ibi Per premissa Protestatur de non arctando per hoc statutum episcopos quin possint beneficia ad ipsorum collationem spectancia quibus alij de facto inambunt conferi & quod collationi ipsorum collationem suam possent admittere isto statuto non obstante Clerici. De hijs loquitur quod laici ad beneficia de quibus hic loquitur non sunt capaces de instit. c.ij. cum ibi notatis per doctores Dignitates dignitas personatus & officium vt notat Jo. de preben. c. de multa sunt de symonia fiunt colligi potest in c. cum accessissent de constitutionibus Et facit ad idem de rescriptis c. ad aures & hoc verum sumendo vocabula in genere sumenda. tamen stricte & in spē differunt fiunt de rescriptis c. statutum in principio libro sexto de consuetudine c. i. de eo qui mit. in pos. c. eum qui de preben. quia sepe eodem libro de iudicijs c. ij. in cle. & in extranagante execrabilis Est ergo dignitas spēaliter loquendo vt notat Jo. an. & Innocentius Illa que secundum institutionem vel consuetudinem ecclesie habetur p dignitate. Unde pro dignitate qui preest aliis quibus & habet iurisdictionem licet nullam habeat administrationem temporalem Unde dicitur habere dignitatem vt in c. vol umus. lxxxix. dist. Et sic temporali administratio non concludit dignitatem sed requiritur qđ habeat officium perpetuum & administrationem perpetuam de statu monachorum c. ij. Unde & illi qui habent aliquod officium sine administratione & sine iurisdictione sunt sunt sinistri procuratores pulsatores campanarum & huiusmodi non dicuntur habere dignitatem Deus tamen esset si haberent aliquam iurisdictionem ff. de offi. procon. asia Et idem quod prius dictum est de dignitate dicunt doctores predicti de personatu. vt videlicet ille dicatur personatus qui de institutione vel consuetudine ecclesie talis habetur & reputatur & hic loquendo de facto prout dicunt. ¶ De iure vero cognoscitur dignitas vel etiam personatus eo ipso quod aliquis habet sibi subiectos ratione iurisdictionis perpetue. ¶ Ergo

ſm Johan. an. Aliter poteſt dici ſm Archidiaconum de conſuetudine c. i. libro ſexto. Dignitas cognoſcitur altero tribus modis. Primo quando beneficium habet adminiſtrationem rerum eccleſiaſticarum cum iuriſdictione vt dicto c. volumus. Secundo ex eo quod habet nomen dignitatis cum prerogatiua in choro & capitulo. extra de cōſuetudine cum olim. Tertio quod conſtitutio vel conſuetudo eccleſie habet quod beneficium habeatur & reputetur pro dignitate hec dicit Archidiaconus prouidere de iure communi. Sed contra conclusione clxxxviij. dicunt q̄ ex aliqua conſuetudine & reputatione eccleſie cath̄. de iure communi nullum beneficium ſonat in nomen dignitatis vel perſonatus excepto archidiaconatu & archipreſbiteratu propter ēminentiam & iuriſdictionem quam habent ſupra alios. Patet in titulis de officio archidiaconi & de offic. Archipreſbiteri per totum. In eccleſia vero collegiata vbi de illa prouidetur per viam electionis & confirmationis epiſcopi ſadunt ad hoc notata de offic. ord. c. cum ab. eccleſiarum predictis conueniunt notata p̄ vil. in cle. i. de preb. vbi dicit q̄ dignitas eſt p̄ eminentia in eccleſia quo ad forum contentioſum gradum tenens. Nec quandoq; dicitur perſonatus quia honoratur perſona.

Quandoq; officium quia officiatur de conſtitut. cum acceſſiſſent. Quandoq; vero habz nomina ſpecialia vt cuſtodia de inſtitut. c. ſi. Succentoria de exceſſ. plat. c. inter decanus de Reſcriptis ad aures propoſitum de re. iudic. c. cum olim de Archipreſbiteratu & prioratu eccleſie ſecularis dicit q̄ ſi ſaltem habeat in modicis ſpūalem iuriſdictionem in foro contentioſo excommunicando ſuſpendendo vel interdicendo ſonat in nomen dignitatis de elect. dudum ij. q. tandem ſi nullam habeat iuriſdictionem. Sed ſolum viſitat & vertit epiſcopo tunc ſimplex officium habet ſecundum eum. De prioribus regularibus dicit q̄ ſi immediate preſunt collect. vel conuentui & ſunt principales dicuntur habere dignitatem ſm ea que notantur de Reſcriptis c. & ſi principalis in clemen. Perſonatus hij ſm quoſdam cognoſcuntur. ſm modum poſitum in gloſa precedenti. Vel die ſm Archidiaconum q̄ perſonatus ex prerogatiua chori vel capituli in actibus ibi agendis poſt exiſtentes in dignitate videlicet ſecunde ſtrende & huiuſmodi de elect. dudū ij. Officia hec cognoſcuntur ex habitu adminiſtrationis videlicet quando aliqui habent adminiſtrationem rerum eccleſie ſicut prerogatiua chori vel capituli vltra alios ſui ordinis & idem ſi quis habet id q̄ habz ordinem annexum ſine honoris prerogatiua ſm Archidiaconum dicto c. i. de conſuetudine.

Prebendam prebenda differt a canonia. Nam canonia eſt ius ſpūale q̄ aliquis aſſequitur in eccleſia per receptionem in fratrē & aſſignationem ſtalli in choro & loci in capitulo de qua plenius notatur per vil. in cle. ſi iuxta de preben. Prebenda vero eſt ius ſpirituale recipiendi certos prouentus p̄ meritis in eccleſia competens percipienti ex diuino officio aū inſiſtit & naſcitur ex canonia tanquam filia a matre prout notat vil. picto c. ſi iuxta d. prebendam. Et ſic nota q̄ prebenda eſt nomen iuris quia non conſtituitur tantum ex poſſeſſionibus ſed ex iure canonie aū annectitur quē ſine reddit nō poteſt conſtitui quia ſic non eſſet quid prebendatio prebetur i. q. iiij. Si quis obiecit.

Quicquid Aliter titulum canonicum requirendo de facto liceat non de iure q̄ ſot ſan inuenies iuſtum titulum non habz ō ferri forſan per executorem prouiſionis apoſtolice vel alium qui non eſt ordinarius collator propter id quod dicitur. i. e. c. ſi. Nam ad effectum q̄ per tales poſſet fieri collatio requiritur quōd beneficium vacet de iure & de facto ſm Goffr. in ſumma de conſuet. preben. in principio & notatur per Archidiaconum de preben. c. licet epiſcopus ō. conferre libro ſexto. Ad q̄ facit de conſuet. p̄ben. c. cum nūs & c. litteras. Et circa hoc pide notata per Bern. poſt. de Reſcriptis. Capitulum ſancte crucis gloſa quia que ſtiones ō. Sed nūquid executor ad prouidendum datus quemcumq; qui non eſt ordinarius collator vt dixi gloſa proxima

Procurantes Hoc q̄ hic dicitur videtur fundatum eſſe ex dictis hoſtien. in ſumma titulo de conſuet. preben. & vtrum i principio. Sed hic queritur quid ſi gratis ipſis a principio ignorantibus ſint preſentati ad aliquod tale beneficium vel illud fuerit eis collatum abſq; prouiſione eorum nūquidſi admiſſionem talis beneficij proſequentur p̄ breuia regia vt hic innuitur abſq; eo q̄ inuenies de facto prius amoueatur per iudicem competentem ſint per iſtam conſtitutionem ipſo facto excommunicati videtur q̄ ſic quia licet in penalibus non debet fieri laxa extenſio de pēn. di. i. pene cum ſimilibus tamē vbi omnino ſubeſt eadem ratio debet idem iō ſeruari etiam in caſu non expreſſo. Ad q̄ faciunt notata in c. i. de tempo. ordina. ō. ptime per Johan. an. libro ſexto. Et illam glo. dicit petrus ſore ſingularem. Anthonius de butrio in c. ſi. de conſuetudine prout eum recitat dominicus de ſancto Geminiano dicto c. de Tempo. ord. ponit pro concluſione vera q̄ conſtitutio penalis licet detur ommino ſimilitudo. Et ſubſit eadem ratio. Non tamen recipit per ommem extenſionem ad non expreſſa. Quia talis extenſio ſic

vel pro hominem non habentem potestatem
contendi legem Et probat expresse in c. cō
stitutionem de regularibus li.vi. Vbi statu
tum loquens de predicatoribus ℰ minori
bus non habet locum in alijs mendicanti
bus licet subesset eadem ratio sed sit proui
sio auctoritate illius qui legem potuit con
dere Sed scire debes q̄ ex ratione legis vel
cōstitutionis potest per illam legem vel aliā
cōstitutionem fieri extensio in multis casibus.
¶ Primo quando verba constitutionis vel
statuti possunt trahi ad casum in quo idez cō
cludit maioritas vel paritas rationis etiam
sm latissimam significationem verbi cū ver
ba statuti permittat occidere ergo multo ma
gis vulnerare. quia vulnerans potest dici
occidere quo ad vulnerantis intentum. ff. ad
l. aquil. l. Illud patet etiam exemplū in sta
tuto quod prohibet filiam succedere existente
masculo nam extenditur ad nepotem a maio
ritate rationis. ff. de v. significa. l. librorum
sm notata nicholai de mastallis in. l. i. C.
que sit lon. consu. ¶ Et quod fiat extensio a
paritate rationis distincta significatione vo
cabula ad latam faciunt notata Jo. an. de ele
ctione c. finali glo. ij. li. vi. vbi notatur q̄ ver
bum electionis extenditur ad presentatio
nem Et concor. notata per paulum in clem̄
i. de elect. v. eligatur. Solet namq; dici q̄
in bijs que sunt favorabilia animę. tunc
licet sint dampnosa rebus fiat extensiō vt no
tat Bartł. C. si adversus vendic. auctor. fas
cem̄ puberum Et hoc quod dixi de extensio
ne vocabuli fienda a maioritate vel paritate
rōis verum est nisi vbi statutum quod exten
dit ad penale ℰ correctionem simul. ¶ Nam
tunc arguendo a maioritate rationis habet
locum extensio non tamen a paritate ratio
nis Et sic stat notata Jo. an. in regula mu
tus ignorancia li. vi. ℰ sic stat glo. Jo. v. in
eisdem in clem̄. vt hij de etate ℰ qualitate Pro
cedendo quando casus ad quem fit extensio ha
bet se correlative ad casum expressum ℰ est
eadem ratio ℰ hoc est verum nisi lex aliibet
ex correlativis seperatim imponat suam pe
nam Patet exemplum in ordinatore ℰ or
dinato de temp. ordi. c. ij. li. vi. Item in ma
rito ℰ vxore vt in. l. ij. C. de indicta viduitate
℞ Item in emptore ℰ venditore de locato c.
ij. iij. l. i. C. ne fiscus. doctum dentur Et si
cut notata per Bern̄. in l. librorum ff. de
bijs qui no. sa. Facit l. emptor. C. de rescin
dend. Et ad hoc optime facit glosa Jo. in v.
reus de confessi. c. ij. li. vi.
¶ Tercio quando regula antiqua extendi
tur per nouam legem ad alium casum com
prehensum in prima Et sic pariunt illa duo
Vnde in illa materia in qua fit paritatio sta
tutum in vno ad alium extenditur. vt si sta
tutum dicat qui potest ordinallariu. q̄ sta
tutum in filio locum habeat in seruo. Vnde
si postea nouum statutum disponat in vno
tantum in alia materia extenditur ad reli
quum Non autem in diuerse materia notat
glo. ℰ Bern̄. in l. quod non ratione ff. dele.
ℰ in l. si quis seruo. C. de furtis. Faciunt ad
hoc notata per Jo. an. in c. constitutōz de re
gularibus ℰ in regula que a iure de re. iur. li
vi. Et pondera quod dicitur in eadem mate
ria in qua est facta paritatio quia secus es
set si materia esset diuersa. Vbi quo optis
me facit glo. Jo. in c. i. ne cle. vel mo. v. decla
ramus li. vi. ¶ Quarto quando plura ha
bent se consecutiue vnius ad alterum quia
si fiat mutatio in vno fiet mutatio in altero
Nam certa etas est determinata in dignita
tibus inferioribus est determinata ordini.
¶ Si ergo etas habentibus ordinem ar
rum ℰ certa etas restringitur in dignitate
restricta censetur in ordine. vt notatur de ele
ctione c. cum in cunctis. ¶ Quinto quando
duo sic se habent quod vnum mensuratur ad
instar alterius Nam publica honestas men
suratur ad instar graduum in consanguini
tate ¶ Si ergo coniunguntur gradus in con
sanguinitate coniunguntur ℰ in affinitate vt
notat glo. de consanguinitate ℰ affinitate nō
debet fieri etiam glo. Jo. an. in c. quis de of
ficio ordinarij v. prout sunt li. vi. ¶ Sexto
quando duo communiter reperiuntur pari
ficari a iure in dispensationibus fiat est vis
dere in postulatione electi: ne prouisione ℰ p̄
sentatione que per iura in multis locis pa
rificantur. Vnde talis paritatio assueta fa
cit quod statutum in vno casu extenditur ad
reliquum vt notat Jo. an. in c. si postq̄ de ele
ctione v. prouisione li. vi. ℰ per e. in clem. i.
de officio vicarij v. sacerdotium cum similibz
Et ad hoc facit notabiliter auct. de nō elig.
ij. nubentis ℌ. i. v. quia vero ℰ ℌ. colligen
tes Et hec dicas vera quando communiter
reperiuntur a iure paritatis casus si aliquo
casu reperirentur paritata ℰ non commu
niter quia tunc in illo casu non paritato di
spositum non extenderetur ad reliquum. vt
notat glosa v. non obstante de electione c.
dudum ℰ glosa. Jo. an. in verbo parochialis
de electione licet canon li. vi. Et faciunt nos
tata in auct. q̄s actiones. C. de sacrosan. ecc.
¶ Septimo quando habent se ita gradatim
quod vnum mensuratur gradatim ab alio
in aliquo accidenti vt quia determinatum est
certum tempus ordini subdiaconatus ℰ cer
tum ordini diaconatus ℰ certum ordini pre
sbiteratus ¶ Nam facta mutatione in vno
ex gradibus facta videtur mutatio in alijs
vt notat glosa. Jo. an. in clem. generalem de
etate ℰ qualitate Faciunt ad hoc notata cly
peus ℰ Bartholus in l. Illud. C. de sacros
san. ecc. xxij. di. huic ℌ. huic datur intelligi

¶ Octauo quando aliqua habent se vt pre-
ambula ad actum ¶ Et ordinatur in eum
dem finem actus vt est Postulatio electio
collatio & psentatio que tendunt ad finem
prouidendi ecclesie vacanti ¶ Quia suppositis
rationis pdemptitate dispositum in vno ex-
tenditur ad reliquum de postul. prel. c. si. glo
sa si. per Bernardum. Item glosa in c. quaz
sit per Johan. an. libro sexto & concor. nota
ta per Paulum in clemen. i. de elect. ¶ No-
no quando constitutio loquitur in casu sin-
gulari verbi gratia vt si quis produxerit fal
sum testem puniatur Nam idem intelligi de
bet de producente plures ff. de iure om. iudic
l. si. & facit l. iij. ℔ nego. ff. de nego. ge. Et ibi
per Bartholum concor. etiam notata Joh.
an. de re. permutat. c. i. v. aliqui. libro sexto.
de offic. deleg. c. i. v. auiumqz eodem libro

¶ Decimo quando fit extensio ad casum fi-
ne quo dispositio alias structura effec-
tum ff. de iudic. l. ij. Et notatur per Bartho
lum. C. de legi. l. non dubium & optime facit
ad hoc de elect. si postquam li. vi. ℔. si electus
¶ Undecimo quando illud a quo fit exten-
sio sum eo ad qd se habet vt locus illius sub-
rogatum Unde stricta dispositio in vicar. epi
scopi habet locum in vicar. capituli vacan
te sede vt notat glosa Johan. an. in clemen.
Et si principalis in v. principal. ad finem &
faciunt notata Ja. de Butrig. in l. placet. C.
de sacro. eccle. ¶ Duodecimo quando id ad
qd fit extensio saltem in parte est idem cū ex
presse dispositum ita qd non dicitur fieri exten-
sio ad penitus separatum vbi est eadem vel ma
ior ratio & ita potest intelligi glo. Johā. an.
in c. sciant cuncti de elect. libro sexto in ver-
bo cōsanguineos. Tertiodecimo quando ex
trema includuntur sub lege interpretata vn
de si vna lex interpretatur antiquam licet in
terpretans loquatur vno casu tamen exten
ditur ad omnes casus inclusos subinterpre
tata vt notat Jo. an. de Restriptis c. dispen
dia libro sexto v. questiones in no. ¶ Et nos
ta ad hoc glo. Johan. an. super v. consuetudi
ne in cle. stat. de elect. ¶ Quartodecimo In
similibus conuerso vbi subest eadem ratio & sic
stat glo. Johan. an. de tempor. ord. c. i. v. pla
ne sm vnam opinionem Et hoc verum est.
nisi talia sint expressa Exempli gracia quia
tunc talia non restringunt dispositionem de
priuil. si papa libro sexto. Secus si exprs
mentur dispositiue nam tunc non extenditur
tur ad casum conuersum Et sic intelligit di
cta glo. Jo. in v. pialie Et omnia premissa
locum habent in extensione actiua Passiue
aūt indistincte fit extensio Nam si statutum
aliquod disponat de aliquo fiendo vel non fis
endo obseruando vel non obseruando subeū
do vel non subeunde & huiusmodi tunc statu
tum huiusmodi rapit omnes declarationes

tiones et dispositiones iuris de qui-
bus iura in illa materia loquūtur Patet ex
emplum in ordine subdiaconatus qui olim
non erat sac. de eta. & qualita. a multis Sed
hodie est sacer vt ibi patet Unde quicquid in
ordinibus sacris alibi in iure statuitur in il
lo quoqz seruari debere intelligitur de huis
non ord. c. miramur faciunt ad hoc notata p
Ja. de Butrig. in l. placet. C. de sacro eccle.
faciunt ad hoc notata in cle. i. de offic. viear. ō
no nouembris & v. sacerdotum ad si. glo. per
Jo. an. & de hereticis c. xpianos in textu et
glosa si. per eundem & concor. in hoc sentētia
Bartho. ff. de iustitia & iure l. omnes popu-
li & l. si constante ff. soluto matrimonio Et
optime facit textus ff. de muneribus & one-
ribus l. iℊ. i. ¶ Expremissis itaqz patet qd
constitutio stricta vel penalis ab homine nō
potest extendi vnde si lex vel statutum exten
dat dispositionem per hoc non videtur exten
dere penam nisi exprimat habeas sup hoc glo.
singularem in l. si. ff. de in ius vocā ¶ Breui
um hic vide qd super hoc scripsi supra de sco
cōpetenti c. dictum v. breuia Et nota qd bre
uia & similia sua nomina sortiuntur ad istar
inter dictorum que dantur in iudicio posses-
sorio de quibus dicit Thynus. C. quorum
bonorum super Rubrica qd quedam eorū sus
munt nomina in primis verbis edicti vtpu
ta quorum bonorum quorum legatorum vn
de vi vti possidetis vtrobi Quedam vero su
munt nomina a materia vt est videre quasi i
omnibus videlicet interdicto ne vis fiat ei
Item interdō ne quid in loco publico. ne
quid in loco sacro de tabulis exhibē. & huius
modi & hoc modo sumunt hec breuia sua no-
mina. ¶ Tertio modo sumunt nomina ab
auctore qui ea originaliter introduxit vt pa
tet in interdō salmano & huiusmodi.
Similium Scilicet que tendunt ad pos-
sessionem adipiscendam. ¶ Tacita vide-
tur ergo qd hoc expresso non maiorent pe-
nam sequentem Argumentum sumptum a
contrario & hoc puto verum ceteris vna cū
hoc connexentibus videlicet qd maimbentes
sint prius rite amoti per iudicem ecclesiasti
cum competentem Nam hoc est principalis
intencio statuentis & nisi tales possessores
prius amoueantur non habeat locum prose
cutio per huiusmodi breuia Unde licet pre-
sentatus vel collatorius beneficij ipsam pre
sentationem vel collationem fieri non procu
rauerit sed absqz sua procuratione ipsam
habuerit vt tetigi ea supra eodem v. procu-
rantes in principio Et cum hoc in impetra
tione breuium huiusmodi non fecerit & v.
expresserit Inmaimbendam possessoris ¶ Et
si maimbens fuerit canonice amotus propp
ter hec non euitabit hanc penam.
Quia alias sequeretur quod principalis

effectus huius constitutionis ꝑ tales ꝓ
triam soluentur contra ea que dixi supra e.
ꝺ.prouenientes ꝺ̄ſ.tertio sillit. Et ad hoc
facit ilꝫ que sequitur Et eius vocatis &c
vt sic hoc intelligas si prosequens tacerat in
cumbentiam quis vtiliter incumbens sit
ad respondendum supra hoc coram suo ordina
rio vocatus non tamen canonice amotus vt
stiliet non obstante vocatione taliter prose
quens sit excommunicatus tum ꝓpter dolū
& malitiam resultantes ex tali contumacia
extra de sententijs c.super litis tum quia me
cumbens licet vocatus tamen non est amo
tus Sed si exprimeret incumbentem fore a
monum cum tamen hoc in veritate non est ve
rum licet ad paria reputentur tacere verum
& exprimere id quod est falsum vt dicto c. su
per litteris tamen non putatem sic prose
quentem incurrere penam de qua hic loqui
tur constitutio eo ꝙ constitutio maxime pe
nalis in hoc casu non recipit extentionez ad
casum contingentem in alia materia ꝙ expſe
sata vel cum qui potest cadere sub natura ma
terie expressate vt dixi supra e.super ꝺ.pro
curantes. Rite hoc infra erit canonice. et
dicitur fieri rite seruato processu legittimo
ſm iuris solennitatem ff.de bo.pos.contra ta.
l.non putauit.ℌ.non queuis vbi de hoc p acc
cursum ꝺ.rite Et differunt rite & recte. qꝫ
rite significat iuris solennitatem vt predixi
Sed recte significat iusticiam cause prout de
hoc legitur & notatur in l.ij.ff.de mossitoso
testamento & ibi per Bern. Episcopus.
ad quos principaliter pertinet tales admit
tere & instituere extra de hereticis aim ex in
iuncto in fine alias posset hic esse littera cō
tra ipsos scilicet inuidentes. ¶ Nam & ipsi
quādoqꝫ possunt dici impeditores execucio
nis presentationis vel collationis in ea pa
te facte quatenus nituntur suam incumben
tiam defendere vt sic contra ipsos incumben
tes procedat breue quare impedit. Contra
episcopum vero & alios ad quos pertinet ad
missio procedat breue quare non admisit &c
Alius Ad quos forsan de preuilegio vel
consuetudine prescripta talium admissio spec
tat vel potes referre illud quod hic dicit ali
os scilicet ipsorum incumbendum procura
tores tales qui ipsis incumbentibus assi
stunt tamquam pars. Prosequantur.
Sed quando videtur talis prosecutio incep
ta ad effectum incurrendi hanc penam vide
tur ꝙ per solam arrestationem vel vocationez
ad iudicium ar.ad hoc de foro competenti c.
si diligenti vbi sufficit aliquem trahere ad iu
dicium velitum ad effectum incurrendi pe
nam in canone limitatam Facit ad idem xi.
q.iij.molita & c.placuit. C.de iurisd.o.iudi.
l.in criminali Econtra videtur lic.ꝺ̄.incurs
sum ar.l.amplius.ff.rem ra.habeto & l.ꝗm
tis ff.de iniuꝫ.vbi.& l.si conuenerit. ff.de
iure o.iudi.primo quod sola querele depo
sitio sufficiat ad effectum pene incurrende vi
detur per decre.grauem extra de excess. prela.
Sed illud est propter excessum grauem re
spectu subditi ad suum episcopum per breuia
de quibus hic dicit prosequatur in alia se
culari Dicitur ꝙ statim eo ipso incidat in
hanc penam ar.illius decre. Sed quo ad ali
os est dubium propter predicta iura Item
propter alia que volunt quod finis litis sit
expectandus ff.de mossitoso testamento.l.
pap.ℌ.meminisse de bo.li.l.qui tamen maior
ℌ.accusasse quod me causa l.si cum exceptio
ne ℌ.hec actio. In hac materia aliqui dicunt
quod de rigore statim committitur pena sed
de equitate non ante litis ꝺ̄. Et sic senti
re videtur glo.de foro competenti ꝺ. causam
perdat in c.si diligenti & ibi per Hostiens.
& archidiaconum dicto c.molita Jo.an.di
cit quod vbi trahens aliquem in iudicium
vetitum in hoc pertinax est tunc statim inci
dat in hanc penam Secus si non pertinaci
ter hoc fecerit tunc expectabitur litis ꝺ̄.
Alij volunt quod attendi debent verba. Nā
si verba sint de non trahendo vel non vocā
do & huiusmodi tunc eo ipso quod trahit vo
cat vel aliquid huiusmodi facit committitur pe
na vt in primis concordat. Si verba sint de
non agendo vel non mouendo litem tunc re
quiritur litis ꝺ̄.vt in secundis ꝺ̄. Si ver
ba sint de non accusando & huiusmodi tunc
expectabitur sententia vt in vltimis ꝺ̄.
Hec distinctio videtur probari per Thy.l.
in criminali. C.de iure o.iudicum Et nota
tur per henricum dicto c. si diligenti. di.ij.
Barth.dicta l.in criminali distinguit inter
penam conuencionalem & penam legalem vt
scilicet in pena conuencionali considerentur
verba conuentionis vt puta non conueni &
re contrauersiam non mouere in iudicium
non vocare & similia
¶ Quibus casibus quoquo modo copue
natur controuersia monetur statim vel in
iudicium vocatur statim committitur pena
& in l.si quis maior. C. de transact. & l.di
uus & l. sed si ita ℌ.ante litem ff.de pri. here
ditatis & hoc verum ſm eum siue agendo si
ue excipiendo hoc fiat vt.l.non solum ℌ. Si
status ff.de procur. ¶ Si vero verba sint
non petere non eligere vel alia similia. tunc
expectabitur litis ꝺ̄ vt predictum est fal
lit tñ in casu l.i.c.de plus petit & vide du
plicis delicti vt ibi patet Vbi vero pena ve
niet cōmittenda ex dispositione legali tūc cō
mittitur ex fine iudicij vt dicta l. qui aū ma
ior ℌ.accusasse ff.de bo.libertorum & l.in ser
uitutem ℌ.precisse c.ti. Et hoc puto verū qñ
dispositio cōcernit causam criminalem vt pa
tet in accusatione Secus si ciuilem vt agen

sonali vero decima solet dici quod licet de ille
cite acquisitis debeatur tamen non debet exi
gi Jta sic male & illicite acquirente nec red
pi a volente. Pro quo latius videre poteris
dicto c. ex transmissa per glo. & alios doctos
res qui ponunt exemplum in meretrice Tu
tamen dic sm Innoc. ibi q̃ a meretrice & ta
lijs huiusmodi q̃diu non penitent non debj
decima exigi nec eorum elemosina recipi Di
tamen penitent debet recipi. quia penitens
incipit esse q̃s prius nõ fuit l. di. ferrum Et
etiam si non penitet potest decimas soluere
oblationes & elemosinas facere de consensu
pioc. Et etiam hoc modo potest sacerdos eas
recipe sm hostien. ibi. Circa hanc materiam
vide notata per Innoc. de sen. excõ. c. cum vo
luntate. **Renouantur** vnde si eadem terra
bis, vel ter seminata fuerit vel sepius fructũ
prodeat totiens danda est decima extra e.
c. ex parte canonicorum fuit ad idem so. ma.
l. diuortio. ḡ. quod in anno **Debita modo**
quia hic loquitur de decimis piscationum vi
demus quis sit ille debitus modus. Dici
dici q̃ si pisces capiantur in loco incluso in
sm certam parochiam tunc illi ecle sic solue
da est decima tamq̃ predialis. Si autem loc
cus vbi capiuntur pisces non sit incluso
sed sit dare transursum de vna parochia in
aliam sicut videmus in flumine publico Jn
hoc casu decima erit personalis vt stiliat sol
natur illi ecclesie vbi capiens audit diuina
& recipit ecclesie sacramenta. Et hoc verum
est vbi alienus parochianus libere piscatur
in tali flumine Si autem non piscatur libe
re. precio dato vel aliqua portione piscium sue
de illo precio vel illa portione debitur decima
illi ecclesie infra cuius parochiam pisces
capiuntur De ceteris vero soluetur decima
tamq̃ personalis vt predixi. Jsta notantur
per doctores e. c. non est ibi per Innoc. hos
stien. & alios qui idem notant etiam in de
cimis animum & serarum Et faciunt notata q̃
vil. in clem. i. e. fi. d. in animalibus De pisci
bus vero qui in mari capiuntur vel extra de
feri c. licet glo. fi. videtur sentire q̃d sunt pre
diales Sed Jo. an. in add. ibi super glo. fi. di
cit q̃ dictum glose est verum quãdo piscatur
in vivario sive valle vel piscaria stabili infra
parochiam alicuius Nam tunc censetur de
cima predialis sed de lucro soluet decimas p
sonales sm goffre. Secus tamen quando ca
piuntur pisces in piscaria non stabili sicut
est in mari vel alijs magnis fluminibus q̃
tunc censentur personales. Unde quia dixi
in dicto c. licet stiliat vt agnum pecio debi

ecclesijs ꝛc. habet intelligi non p viam dicte me sed pr viam elemosine ꝛ sic dor. aī p dictis. **Statuimus** etiā dī. **Decimas personales** sic dicte quia potius respectu persone soluūtur ꝙ rei vtputa de artificio negotiatione ꝛ milicia xvi. q. i. decime Et nos tatur eodem titulo c. ad apostolice in glo. **Artificibus** idest lucro artificum ꝛ cō dor. xvi. q. i. decime. **Mercatoribus** hoc statim exponit scilicet de lucro ꝛc. **Lucro** quomodo differunt fructus redditus ꝛ lucrum notatur per doct. extra c. c. pastoralis ꝛ dixi supra de consuetudine c. i. d. fructus. ibi omnino videas **Negociationis** que sit in cōmerciis vbi scilicet aliquid pro alio quem datur vt maiora lucretur extra de d. fig. c. forus d. negotium Et scias q in istis decimis merę personalibus que considerantur ꝛ debentur ex solo lucro deducuntur expense tam in re ꝛa rem ꝛ extra rem facte. vt notant doct. eodem titulo c. pastoralis et dixi supra e. dī. de prouentibus d. integre Debent autem solui hec decime statim cū fructus percipitur sm quosdam ꝛ hoc securius est Satis tamen est soluere in fine anni propter inimicitias de pig. c. ex litteris xvi. q. i. reuertimini ff. fam. hercī. l. plane. ꝛ notatur q de solo lucro debetur hec decima vnde si ex arena mercem eam non vendat sed donet vel sibi retineat non tenetur decimare quia non lucretur ꝛ hoc verum sm Anthonium si pecunia de qua res fuit empta prius erat decimata Alias si non fuisset decimata decimabitur totum prout nunc valet. quia tota. res succedit loco pecunie facte ad hoc extra de priuil. clericorum c. si. **Carpentariis** idest artificibus lignorum **Fabris** hij sunt artifices ferri **Cementariis** hij sunt artifices lapidum. ꝛ in hijs ꝛ sequentibus sentire intelligi vt detur decima de solo lucro deductis expensis non tantum vtilibus ꝛ necessarijs sed etiam voluntarijs dum tamen non fiant in fraudem ecclesie sm Innocen. dicto c. pastoralis **Operariis** quales sūt regulares fossarij Messores Falcatores et consimiles qui pro ope diurno mercedz recipiunt **Stipendiariis** scilicet qui per annum pro certo salario deseruiunt **Debent decimas** scilicet de lucro non autem de magno stipendio sed deductis expensis **Certum** sive in pecunia sive in grano alia re ꝛa **Stipendiarijs** hoc itaqz ꝙ sequitur non habet locum de omnibus predictis sed de stipendiarijs tantum **Certum** sive in pecunia sive in grano alia re ꝛa certa. **Opus** scilicet fabricam vel vsum ornamentorum. **Lumen** coram corpore xpi crucifixo vel quinque ymaginibus ad honorez dei accendendum. **Rectori** sup̄le vel vicario **Placuerit** alias sive rectoris vel vicarij consensu hec cōmutacio fieri non poterit ff. de re. iur. l. id ꝙ nostrum ꝛ intellige talem consensum esse personalem nec debet preiudicare successori quin possit decimas huiusmodi ad manus recipere si velit ꝛ hoc verum msi auctoritas episcopi interuenerit extra de transact. c. veniens ꝛ c. decretum ꝛ c. statuimus et faciunt ad hoc notata extra eodem titulo Ex multiplici pro vern. glo. penulti. **In petitione** tercia pars **Legati principalis** Illud aliud dicitur mortuarium scilicet de consuetudine c. i. hic vero vocatur principale legatum quia crescentes solebant ꝛ in quibusdam partibus ad huc solent optimū vel sm optimum suum animal primo ꝛ ante omnia legata deo ꝛ ecclesie pro anima sua legare. **Consuetudo** scilicet prescripta. **Prouincie** idest parochie vel dioc. Hic enim sumitur prouincia sm quosdaz extra de sponsal. c. non est ꝛ sic sumitur. C. vbi de crimine agi oportet aut qua in prouincia non enim est in talibus per prouinciam metropolitanam cōsuetudo vniformis ꝛ ideo cōsuetudo alicuius loci inspicienda est ff. cōia prdio rum l. vendidit. **Cum pulsatione** quandoqz enim consuetudo est prescripta sola possessio sufficit ad tuendum ecclesiam i percep cione rei de qua agitur xviij. q. ij. c. vlti. per Jo. xvi. q. iiij. volumus Immo etiā si consuetudo non sit plene prescripta possessio continuata facit presumi pro iure ꝛ titulo possidētis siat notatur dicto c. vlti. per Jo. ꝛ Archid. **Vicarius** vbi scilicet petitio pertinet ad vicarium. **Capellanus animus** scilicet parochialis ꝛ aīe deseruiens cui ex suo officio incumbit huiusmodi mortuariū exigere in absencia rectoris vel vicarij extra e. c. si. **Habeat ꝫ oculis** considerando videlicet paupertatem siue inopiam eius a quo exigitur ꝛ ꝙ non sit nimis molestus in petendo forsan rem optimam de paucis quas habet parochianus non enim debet vt viri ecclesiastici sint improbi exactores de reb. c. ex parte. **Sed quauis** quarta pars **Spūte** idest sine cōpulsione **Maneantur** scilicet vt sequitur sed per quem fiet hec monicō hic non exprimitur sed ex subsequentibz apparet hoc fieri debere per curatum vt infra dicam. **Tercio** hec est monicio canonica sic vt fiat sm formam c. constitucionem de sen. libro sexto. **Decimas** scilicet tam prediales ꝙ personales **Deo** deus enim sibi in signum vniuersalis domini decimas reddi iussit locus tamen suo ad recipiendum eas de clericos deputauit extra e. ti. c. tua nobis **Fideliter** idest integre ꝛ sine diminucione vt extra eodem c. tua nobis in fi. **Non emendauerint** quia scilicet post trinam monicionem non soluūt decimas sed permanent in malicia sua. **Primo** eodem statuit

ſm puniendo vt ſcilicet inſpiciatur a lectori pena ſm ea que leguntur & notantur de offic. ordi. c. ſane. **Vel pendantur** per ipſum curatum vt apparet infra e. c. ſi. & licet modicum de qua hic loquitur ſieri in genere & ea cum ſuſpenſio fiat in conſimili dicitur de excõicatione extra de offic. ord. c. ſi ſacerdos, nam in ſpecie non poterit talis ſacerdos ſuis minare cenſuras vt notat Ianoc. de officio ord. c. cum ab eccleſiarum niſi hoc habeat de conſuetudine tu ſupra hoc vide & dicam infra de cenſuram eccleſiaſticam. Contra tamen hoc quod dicitur hic facit illa oim legum & iuris cum ſententia que vult q̃ propriam iniuriam non poteſt aliquis vindicare nec eſſe iudex in cauſa propria pro qua materia vide q̃ ſtrigi ſupra de foro cõpetenti c. i. de. defendat vbi mter cetera dixi q̃ aliud eſt procedere contra aliquem pro iniuria concernente perſonam ſuam propriam aliud pro iniuria concernente eccleſiam ibi videas. **Demum** poſt huiuſmodi ſuſpenſionem **Cenſuram eccleſiaſticam** ideſt excõmunicationem & nota q̃ hic cenſura ponitur antonomatice pro cenſura inter cæteras famoſiores. Conſtat tamen q̃ ſuſpenſio ſub cenſura continetur. extra de. ſig. c. querenti & hijs que hic dicuntur videlicet q̃ curatus poteſt fulminare cenſuras. contra ſuos parochianos cõtra. videtur tamen non xxvi. q. vi. in principio ſed melius ij. q. i. c. nemo cpus vbi de hoc per Jo. & etiam q̃ archi. qui ſm goffr. dicit q̃ etiam preſbiteri pochi, excõmunicare poſſunt vt patet dicto c. nemo cum ſimilibus ſic no. goffr. extra de elect. c. tranſmiſſam tales namq; prelati dicuntur extra de cle. egro. c. dia Prelati aũt habent iuriſdictionem de immunit. eccle. c. nõ minus vnde excõicare poſſunt alias em nulla eſſet iuriſdictio ſine coercõne extra de offic. de leg. c. ex litteris ad idem cõtra. Jo. ix. q. iij. c. ij. glo. vlti. & idem ſentire videtur poſt in ſumma de ſen. excõi. quis poſſit v. ſed quis eſt hic cum vi ſequent. Predicta ſm quosdam procedunt in habente curam vel parochianos ſibi ſubditos quando ſcilicet curatus procedit contra ſibi ſubiectos non tam vt excõmunicationem ſolempnem exerceat que dicitur anathema vi qua ſolempnitate habetur xi. q. iij. debent & xxvi. q. ij. viſis. Illo nãq; modo excõmunicare non poteſt quia talis excõmunicatio dicitur mucro epiſcopalis Vt notant bern. & poſt. de offic. ord. c. cũ ab eccleſiarum abſq; tamen illa ſolempnitate bene poteſt excõmunicare vbi ſic ſe habet conſuetudo preſcripta. Nam conſuetudo in talibus dat iuriſdictionem ix. q. iij. volumus de offic. ord. duo ſimul de foro cõpetenti cum contingat vbi de hoc per hoſtien. hoc idem etiam fatentur aliqui licet non ſit conſuetudo vt ſcilicet talis curatus etiam de ipſi cõmuni poſſit excõmunicare ſubditos ſuos pro quibus facit xxiij. q. i. c. hijs auctoritatibus vbi de hoc per Jo. & archi. Quia i hac materia ſunt diuerſe opiniones. Tu dic q̃ ſimplex curatus parochialis vt iudex ordinarius & cum cauſe cognitione non pt excõmunicare in ſpe. Generaliter tamen & ſine cauſe cognitione bene poteſt ſm abbatem qui ſic notat in dicto c. ſi ſacerdos Hic etiam ex cauſa poteſt ſpecialiter aliqui interdicere diuinum officium & eccleſiaſtica ſacramenta arg. dicti c. ſi ſacerdos & dicti c. nemo ij. q. i. & ſic intelligas q̃ hic dicitur de ſuſpenſione Nam in talibus non exigitur forma iudicij ſeu cauſe cognitio & in talibus ſufficit ordo ſacerdotalis vt notat archi. dicto c. nemo in glo. ſi. Si autem talis curatus non ſit ſacerdos, tunc non poteſt excõmunicare nec abſoluere quo ad poteſtatem clauium quam non habet de pnit. & re. c. omnis vtriuſq; Dum tamen ſcias q̃ in hoc quaſi omnes doct. dicunt ſi in huiuſmodi excõicationibus vel cenſuris conſuetudo eſt tenenda & tenet excõmunicato q̃ tales facta i genere maxime vbi epiſtopi hoc ſciunt & tollerant & excõmunicatos per tales reputant excõmunicatos & pro excõmunicatis abſoluũt prout eſt videre in diebus dominicis & alijs feſtivis quibus curati vſitatos ſotulogos & alios huiuſmodi cenſus ſciant excõmunicatos & etiam quando in aliquos pro dampnis quotum ignorant autores ſententias ferunt & hinc ſententie. contra. Thomas & Petrus in iiij. ſententiarum di. xviij. dicentes q̃ poſſunt excõmunicare in caſibus eis conceſſis a iure vel ab homine vel a conſuetudine & ſic notatur in dicto c. ſi ſacerdos de offic. ord. q̃ tenẽ. de Bonon. co. **Vt necelle fuerit**, ſz quia non obſtante ſuſpenſione pmanent contumaces nã ceſſante contumacia ceſſare debet & pena ſi de pnis l. relegati. **Cõcluditur** ex hoc apparet q̃ decima eſt in precepto & illam nõ ſoluere eſt peccatum nicetale alias non excõmunicarentur non ſoluentes ſm poſt. extra. e. pruenit **Si autem** vi. **Ad ordinarium** ſcilicet epm vel eius officialem & ſic nule habes xxvi. q. vi. in principio hic enim reſeruatur abſolutio ſupioti vt maior tribus ſit derelinquenti ad q̃ faciunt notata per Joh. xviij. di. c. ſiquis autem Alias autem regulare eſſet q̃ ille qui poteſt excõicare poteſt eum abſoluere de re. di. i. verbum Et notatur xxi. di. inferior per Jo. & de ma. & obt. c. cum inferior glo. i. per bern. facit ad idem q̃ legitur & notatur xxiiij. q. i. ſi petrus. **Omiſſi vi**, ſcilicet arbitrarie extra de offic. de leg. c. de cauſis. **Rectores aũt** quinta pars. **Predicto modo** ſcilicet per ſuſpenſionem & excõmunicationem. **Formidinem** ideſt timorem. **Famem** quia ſcilicet non capi

mul displicere Cum effectu sic ꝙ negligenda non possit sibi imputari Sui pēcig tis sit ,ad arbitrium superioris vt melli ꝙ de minoribus ar. l. in prnis ff. de prnis ꝛ de re. iuris c. in prnis li. vi. Iuuoluntur ferē de sententia de non autem late Iuuabentes ꝛta faciunt in non parendo huic cōstitutioni

Constitucio Roberti episcopi.

Quoniam vt audiui⸗ mus super decimis ꝛ nutrimentis anima lium inter ecclesiarū rectores propter amociones pe corum ad diuersarum pawochia rum pasturas diuersis anni tē poribus contencōnes multimo de oriuntur. Nos viam pa cis preparare volentes statuen do diffinimus ꝛ diffiniendo sta tuimus ꝙ ad ecclesias in quarū pawochijs oues a tempore tonsi onis vsq; ad festum sancti mar tini in hyeme continue pascun tur ꝛ cubant decima lane lactis ꝛ casei eius dez temporis licet po stea amote fuerint ab illa paro⸗ chia ꝛ alibi tondeantur integre persoluantur. Et ne fraus fi⸗ at in casu premisso precipimus ꝙ antequam oues amoueantur a pasturis vel eciam detrahātur ecclesiarum rectoribus sufficien ter desoluenda decima caueatur Quod si infra predictum tē pus ad diuersarum pawochiarū pasturam transferantur queli⸗ bet ecclesia pro rata temporis. portione decimam percipiet ea⸗ rūdem minori triginta dierum spacio in rata temporis minime computando. Si vero per to tum tempus predictum cūbant in vna pawochia ꝛ pascantur con tinue in alia inter ipsas ecclesias decima diuidatur. Quod si post festum sancti Martini du cantur ad pascua aliena ꝛ vsq; ad tempus tonsionis in vna vel diuersis pawochijs siue in propri is pascuis dominorum suorum sine alterius cuiuscūq; pascātur habita racione ad numerū ouiū um pascua estimentur ꝛ secun⸗ dum estimacionem pascuorūq; ab eorum dīms exigantur decime. Decima vero lactis ꝛ casei de vaccis ꝛ caprīs prouenens vbi cubant ꝛ pascuntur ibi soluātur. Alioquin si cubant in vna paro⸗ chia ꝛ pascantur in alia pa⸗ochia decima inter rectores diuidatur omnino. Agni vero vituli pul li equini ꝛ alij fetus decimales habita rōne ad loca diuersa vbi gignūtur oriuntur ꝛ nutriuntur ꝛ ad motam quam traxerint in eisdem particulariter decimētur Quid vero pro decima debe atur vbi lac propter vaccarū vel ouium ad caseum faciendum nō sufficit ꝛ quid pro agnis vitulis pullis equis velleribus aucis. aut alijs huiusmodi de quibus propter eorum modicitatem de cima certa dari non potest con⸗ suetudini locorum duximus re⸗ linquendum. Item precipi⸗ mus ꝙ siquis post festum sanc ti martini oues occiderit, vel si oues quouis casu fortuito mo⸗ riantur decimam legittimaz pa rochiali ecclesie soluere nō postpo nant. Et si oues extranee in ali⸗ enius pawochia tondeantur deci ma ibidē tradetur rectori eccle⸗ sie nisi sufficienter doceri possit. ꝙ pro decima sit alibi satisfactū vt solucionem ibidem faciendaz modo legittimo valet impedire

Quotiam ſm aliquos libros aſ
ſcribitur roberto roynchelſee ar
chiepiſtopo Cantuarien. vidi ta
men vnum librum manus anti
que vbi intitulatur & aſcribitur Octobono
quondam in anglia apoſtolice ſedis legato.
Et habet ſeptem dicta. In quotum primo
ponit motuum conſtitutionis eorum. In ſe
cundo ibi Nos viam Statuit circa oues
continue paſcendas & cubantes in vna pa
rochia vel paſcentes in vna & cubantes in a
lia a tempore tonſionis vſq; ad feſtum ſan
cti martini in peme qnomodo ſtiliet ſolue
tur decima In tertio ibi. Quod ſi pulli.
ordinat quid ſit faciendum poſt feſtum ſan
cti martini In quarto ibi Decimam ve
ro diſponit quo ad decimaz vaccarum & quo
rundam aliorum animalium In quinto ibi
Agni diſponit de decima agnorum & fetuū
aliorum animalium In ſexto ibi Orecti
nus & ordinat de decima ouium decimarum
poſt feſtum ſancti martini In ſeptimo ibi.
Et ſi nueg Statuit de decima lane omni
um extraneorum in parochia aliarius to
tarum. Horum. Horum appellatione
cõtinentur quadrupedes que gregatim paſtū
tur etiam oues ff. de leg. iij. l. legatis ℣. pe
nibus Nos viam ſecundum dictum Tu
ſcum que ſolet fieri vltra medium men
ſis may & ante medium menſis iunij Vſ
qz ad feſtum Hec clauſula poteſt legi et
hec dictio vſqz. ſumatur incluſiue vel vt ſuma
tur excluſiue de quibus habes multa exem
pla de reſtriptis c. ſi gratioſe v. vſqz per ar
chidiaconum li. vi. Poteſt etiam legi pro u
tra vt ſiliet dicatur vtrqz ad talem diem
Poteſt citra talem diez vt etiam ibi notat ar
chid. ¶ Vt tamen ſcias quando hec dictio
ponitur incluſiue quando excluſiue Scias q
hec dictio vſqz quandoqz ponitur non reſpe
ctiue & tunc includit de neceſſitate verbi gra
cia volo vt tibi prouideatur vſqz ſummam vi
ginti ſolidorum. In hoc caſu quia voluntas
mea nichil aliud reſpicit niſi rem completam
ſam Ideo de neceſſitate includit viginti ſoli
dos Facit ad hoc l. nam ſm ff. de leg. preſt.
Potes etiam ponere exemplum. C. de adopc
l. cum in adoptiuis ℣. ſed ne articulum ibi vſ
qz ad modum vſufructus &c. Quandoqz po
nitur reſpective videliet ab vno termino ad
alium Et hoc contingit quatuor modis.
Nam quandoqz apponitur ſuper loco quan
doqz ſuper tempore quandoqz ſuper numero
quandoqz ſuper gradu. De quorum ſingulis
notatur ff. de leg. iij. l. patronus ℣. ſiniprouiſū
per Bartℏ. quando apponitur ſuper loco ſup
numero vel ſuper gradu non eſt materia no
ſtra ſed quando apponitur ſuper tempore Et
hic aduerte q aut illud tempus quod appo
nitur vt terminus vt in caſu noſtro poteſt

obtineri ſub tempore terminato vt puta pro
mitto tibi dare centum vſqz ad feſtum ſancti
martini in peme tunc incluſiue vt l. eum qui
℣. qui ita ff. de v. ob. &c. l. qui ante lial. c. ſi.
Fallit tamen ſi reſultaret prauus intellectus
verbi gratia Statuo tibi terminum vt com
pareas vſqz diem dominicam Jam illa di
es ponitur excluſiue quia iſta dies non eſt
iuridica ita dz intelligi l. ij. C. de temp. ap. &
extra de dilat. c. vltimo. Item eſſet vera ſi
militudine vt ſi promittam tibi hodie vnū
caponem pro prandio vſqz ad diem veneris
Hoc autem caſu ponitur excluſiue quia die
veneris non omeditur carnes Facit ad hoc
l. ſempre ff. de re. iur. ¶ Quandoqz termin9
appoſitus per dictionem vſqz de neceſſitate
ſeparatur a terminato verbi gratia do tibi
adiutorem tutorum vſqz ad puberitatem pu
pilli & volo terminare pupillarem etatem In
hoc caſu pubertas non includitur primo eſt
de neceſſitate ſeparata a terminato ſiliez pu
pillari etate vnde ponitur excluſiue vt l. que
ſitum ff. de tutelis. Fallit tamen ſi de mente
teſtatoris vel otra hoc aliter apparet.
quia tunc iſta verba aliter & improprie ſu
mentur vt l. cum filio ff. de leg. iij. & l. pa
tet ℣. additionis ff. de condic. & demon. Et
predicta intelligas vera quando hec dictio vſ
qz apponitur ad determinandum tempora cõ
tinua ſed ſi apponeretur ad determinationez
plurium temporum diſtontinuorum vt pu
ta a tempore tonſionis vſqz ad feſtum ſancti
martini in peme quolibz anno tunc indiſtinc
te ponitur incluſiue ar. ff. de leg. in l. patro
nus ℣. improuiſo Unde ex doctrina appare
q hic ſumatur incluſiue vt ſiliet feſtum ſan
cti martini includatur Cuſtume Simi
li modo debet intelligi non ſiliet vt quolibz
momento ibi ſint ar. ad hoc ff. de leg. iij. l. qui
conabimam ℣. vxori ff. de annuis legatis l.
media ℣. vxore ami cõcor. poſitis per Card.
de v. ſig. c. ſi. v. cõtinue li. vi. Ad idem faciunt
notata per archid. e. c. & e. v. & etiaz per Jo.
an. e. c. Patruntur et cubantur Die
vt vtrumqz ſit verum Hec enim eſt natura
copulatiue vt ſtz vt vtrqz ps ſit vera inſti. de
hered. inſti. ℣. ſi plures ff. de v. ob. Si quis ita
cum dot. Eiuſdem temporis ſiliet q
tempore tonſionis vſqz ad feſtum ſancti mar
tini in peme incluſiue vt dixi ſupra e. v. vſqz
ad feſtum Et ſi bene aduertas inuenies hoc
tempus quaſi medietatem anni videliet ſex
menſe cõnumerando dies ab xi. die may. q
menſes ſolent oues tondi vſqz ad xi. diem
nouembris quo die contingit feſtum ſancti
martini & ſic integra decima illius temporis
ſiue in lana ſiue in lacte ſiue in caſeis debetur
curato infra cuius parochiam toto illo tem
pore paſcebantur & cubabant Hic tamen vi
detur repugnancia quo ad hoc quod dictū eſt

supra c. proxi. de decimis diuidendis sz vbi pr̃ medietatem anni pascũtur g̃ animalia in vna parochia g̃ pr̃ aliam medietatem pascuntur g̃ animalia in alia pro quo vide que dicam infra eodem ti. integre. Dolles stiliet post festum sancti martini. Integre id est absq; diuisione a'iae dimmutione quo ad tempꝰ illud Sed hic aduerte quia quo ad decimam lactis g̃ casei huiusmodi ouiũ satis p̃t stare de integra decima prouenient sub illo tempore vnde quo ad hanc decimam satis p̃t dubitari q hic dicitur quia cum lac g̃ caseus proueniant occasione nutrimenti receptꝰ in illa parochia vbi a tpe tonsionis vsq; ad dictum festum pascebantur g̃ animalia satis equũ est q̃ illo tempore soluatur integra decima lactis g̃ caseꝰ illi ecclesie vbi tunc cõtinue nutriebantur g̃ animalia debetur namq; talis decima ad statum tanquam predialis g̃ ad hoc facit textus supra c. proxi. h. de lacte vbi vult q lac decimetur dum durat caseus vero decimetur tpe suo Johã. quoq; an. in addic. ad spr̃. cõsulendus premiss. in titulo de decimis supra ij. libello ff. sed dubitatur ad finem dicit q de lana statim exigi potest decima. cum nulla sit causa differendi sicut est in agnis et alijs fetibus qui decimari debent ablactati p̃ vt notat idem Jo. an. extra e. c. ãi homines. g̃ idem intelligit de lacte g̃ caseo nisi sacerdos de consentiente q talis decime solucio differatur Sed licet predicta sm̃ sententiam huius cõstitutionis vtra sint quo ad decimam lactis g̃ caseꝰ tamen quo ad decimam lane q̃ non solet ꝯsolui nec potest solui antequã iterum tondantur oues videtur qd̃ constitutio ista non p̃t procedere vt sz integra decima illius temporis soluatur ipsi ecclesie vbi oues cõtinue pascebantur g̃ animalia maxime cum in cõstitutione precedenti ff. sed si oues statutum sit vt in casu ibi posito decime diuidantur Sed dic q̃ ista cõstitutio declarat siue supplet id q̃ in cõstitutione precedenti fuit minus dictum nam ibi exprimit tantum casum illum quo in estate sub qua cõprehendit partem vltimam veris g̃ primam partez autũpnales pascũtur g̃ animalia in vna parochia g̃ sic per medietatem anni in hyeme vero sub qua cõprehendit partem vltimam autũpni g̃ partem primam veris continue pascuntur. g̃ animalia in alia parochia vt scilicet tunc diuidatur decima lane Hic vero a dicta ordinatione non recedens statuit quid sit faciendũ in casu quo non fit dare equalitatem more in diuersis parochijs vt tunc diuidatur decima non equaliter sed vt hic dictum vt scilicz in casu hic posito animalia infra alius parochiam oues continue pascebantur g̃ animalia a tempore tonsionis vsq; ad festum Sancti martini in hyeme habeat integram decimam lane illius temporis non autem totius anni. Sed secundum numerum mensium Vt videlicet si sint sex menses habeat medietatem Si quinq; habeat pro rata illius temporis g̃ alij pro rata etiam alterius temporis prout infra statuitur g̃ ordinatur.

Et ne fraus ff. **Casu premisso** Scilicet quando vsq; ad festum Sancti Martini steterunt continue in vna parochia

Amoueantur Supple ad aliam parochiam g̃ remanent eiusdem cuius erant prius.

Distrahantur Idest vendantur Et supple siue statim siue alias quando animq; ante tempus future tonsionis.

Rectoribus Idem intelligas de alijs curatis, **Sufficienter** Sume quod est infra caueatur g̃ erit sufficiens cautio per pignora vel fideiussores ff. mand. l. si mandato h. vltimo. **Decima** Scilicet pro quantitate illius temporis.

Quod si ff. **Predictum tempus** Scilicet a tempore tonsionis vsq; ad festum Sancti martini. **Ad diuersarum** vt puta illius parochie vbi tonse sunt g̃ alterius vel forsan plurium aliarum quam illius vbi tonse sunt g̃ cetera.

Quelibet ecclesia Scilicet infra alius parochiam pasce sunt oues g̃ animalia **Pro rata** Idest pro parte sibi contingente. **Decimam** Scilicet lane quia decimam lactis g̃ caseꝰ ibi contingentis pro tempore illo integram accipiet.

Earundem idest omnium. **Minori** Sume quod est infra.

Spacio triginta dierum Scilicet continuorum non interpolatorum g̃ habet in se hoc tempus mensem communem. Licet menses aliqui in vno die excedant Hoc tet namq; Januarius Marcius Maius Julius Augustus October g̃ Decembr. Quilibet Mens xxxi. dies residui habent quilibet solum xxx. dies excepto Februario qui habet solum xxviij. dies Unde versus.

Junius Aprilis september atq; nouẽber.
Plus vno reliqui sed hz februarius octo.

Sed nũquid in hoc casu requiritur xxx. diem esse completum. vel sufficiat attigisse Tricesimum diem Hic namq; videtur q defectus vnius diei faciat vt in hac rata michil veniat. Solet dici quod vbi fauor tantum vertitur in causa Tunc sufficit diem inchoare. Si vero vertatur odium tantum. Tunc oportet impleri Si autem vertatur Fauor g̃ odium debet fieri computacio de momento in momentum. Notatur de electionibus Capitulo Cum in cunctis. v. Exigerit per Bernardum Et lxxvij. distinctione Capitulo. Subdiaconus Per Jehannem. Cum ergo Hic vertatur Illius infra Cuius parochiam pascatur sufficiet diem tricesimum attigisse.

Et quod hic dicitur de lana pro tempore xxx
pierum Intellige solummodo quo ad terri
mam lane que non subito sed magno tempo
ris processu siue successu crescit ⁊ augmenta
tur decima autem lactis statim post̄ recipi
tur lac prō potest ratione nutrimenti per eū
q̄. animus pavochiam oues pascuntur ⁊ au
bant vnde in decima lactis aut caseo nichil va
riet in rata ar. eorum que dixi supra c. d. in
tegre in principio. **Rata temporis** scilicet
vt quo ad decimam lane verbi gratia Dicut
integre triginta oues in grege Et sic inte
gra decima vellerum sunt triginta que forsan
ponderant viginti quatuor libras Nota hāc
decimam habebit integraliter illa ecclesia in
cuius animus pavochiam continue pascuntur ⁊
aubant per totum annum Si sint ibi p me
dietatem anni habebit medietatem scilicet q̄
duginta libras lane. Si per tres menses
habebit quartam partem videlicet viginti li
bras. ¶ Si per quatuor menses habebit
terciam partem scilicet xxxi. libras ⁊ dimi
diam ⁊ quart. Si per duos menses habe
bit medietatem quarte partis scilicet decem
librarum Et sic octauam totius ¶ Si per
vnum mensem ibi fuerint habebit duodeci
mam partem totius scilicet sex librarum ⁊
dimidium Si vero per quinq̄ menses ibi
fuerint habebit medietatem nimus duodeci
mam partem totius scilicet sex librarū ⁊ sic
habebit viginti tres libras ⁊ dimi. Et eodē
modo oportet de alia medietate anni
Computando Ratio potest esse quia mi
nori tempore lana modicum augmentatur.
Vnde latet huius constitutionis arbitra
tus est esse rationabile vt pro augmento tā
ti temporis soluatur decima **Si vero** v̄b.
Tempus predictum scilicet a tempore
tonsionis vsq̄ ad festum sancti martini in
yeme **Aubant** idest iacent **Decima** scili
cet lane lactis ⁊ caſei. Et sic per. xxx. superiori
bus. s. que habentur in ℔. nos verum **Dicit**
datur huic textui per. xxx. quod dixi supra c
xxi. ℔. Sed si oues v̄. diuidenda est decima p
pr finem glo. Hic tū aliqui libri hūt talē lec
tū in textu videlicet q̄ vector in animus po
chia aubant licet ibi caseus fiat decimā decis
me caſei ⁊ lactis dūtaxat papiet nā alias ex
stercoratione nō modicam meliorationē sen
tiat ⁊ papiat vtilitatem Hāc lectām reprobo
tamq̄ minus canonicā Primo q̄ p̄supponit
q̄ vnus clericus alteri clerico sibi equali et
sic par pari de iuribus pertinentibus ad ecclesiam
suā habeat soluere decimā qđ expresse est contra
ea que hic loquitur ⁊ notantur ex̄ e. c. no
nū genus ¶ Deinde q̄ sic contraderet sentē
tie quā ponūt doc. ex̄ e. c. ad apostolicā de decī
ma In tali casu diuidenda prout dixi supra
c. xxi. glo. superius alle. ad si. Posset tamen
iustificari iuxta opinionē illorū qui volūt q
potius residenda est pochia vbi pascuntur
quo ad solutionem decime q̄ pochie vbi au
bant De qua opinione dixi supra c. primo.
v̄. diuidenda est ad finem glo. Et hec opinio
in hoc casu est satis equa vt videlicet plus ac
cipiat is in cuius pavochia continue pascū
tur q̄ is in cuius pavochia continue aubāt
vnde quod hic dicit diu. datur ⁊c̄. Intellige
nō equaliter sed proportionaliter ar. ad hoc ex
tra de decim. c. relatum ij. in fi. ibi per estima
tionem congruam vt nota in glosa ⁊ per doc
tores Et sic multo maiōr pō assignabitur
ei cuius pavochia pascuntur quā ei infra q̄
pavochiam solummodo aubant. **Quod si**
post Tertium dictum ⁊ ex hoc quod dicit
post festum sancti martini hic includitur ⁊ di
ctio vsq̄ supra posita stat inclusiue **Aliena**
Idest aliarum pavochiarum vel alterius pa
vochie **Vsq̄** Inclusiue ponitur vt supra
In vna scilicet pavochia Assume quod ē
infra pascūtur **Pascantur**. de aubatione
non repetit **Estimentur** scilicet quātum
valeat pastura tot ouium per vnum mēsem
quia pro minori tempore non habet locum
solutio pro rata vt supra patet. **Eorum**
scilicet pascuorum **Dominus** Hoc verum
si pascua vendantur Secus si gratis ibi pa
scantur oues quod dic vt dixi supra c. proxi
mo. ℔. sed vt oues v̄. diuidenda est v̄b. si. glo.
Decime Non intelligas lane sed pertē in
huiusmodi pasturis simulse Ratio huius est
quia post festum sancti martini non solet col
ligi lac de ouibus nec de eo fieri caseus.
Et ideo vult q̄ decima soluatur secundum
estimationē valoris pasture pro tot ouib⁹
ibi depastis Alioquin si ibi aubarent ⁊ in
terim darent lac ⁊ fieret caseus tunc solue
retur decima lactis ⁊ caſei. Sicut contingit
vt vt dixi supra eodem verbo integre in prin
cipio ⁊ infra patebit m. ℔. decima vero De
cima autem lane in hoc casu soluenda est se
cundum ratum temporis in quo manent in
vna parochia vel alia. Nam si continue in
vna parochia pascantur ⁊ aubant etiam a
festo sancti Martini vsq̄ ad tempus ton
sionis nunc illa ecclesia habebit medietatem
decime lane.

¶ Et quicquid etiam commodi interim de
lacte ⁊ caseo ibidem euenerit vt dixi supra c.
v̄. eiusdem temporis ⁊ v̄. integre. si vero p to
tū illud tempꝰ continue pascantur in vna po
chia ⁊ aubant continue in alia seruabitur qđ
supra dī in v̄b. si vero p totū Si vero pascā
tur in diuersis pochijs diuidetur decima la
ne pro rata temporis quo in vna pochia vel
alia permanserint dum tamen in rata vnius mi
nus tempus non computetur q̄ xxx. dierū
vt supra dictum est Et circa hanc diuisionē
pone exempla vt dixi supra c. u. tota tempo
ra. ¶ **Decima vero** quartum dictum.

Capris item ast intelligendum de alijs animalibus de quibus sumitur lac. Et pascuntur sicq; vtrumq; conuenit. Soluantur scilicet integraliter pro illo tempore. Decima scilicet lactis & caasei. Aut. d. quintum dictum Nulli equini hoc adpitur ob differentiam pullorum gallinarum de quibus in villa qua natus sum scient decime solui. Giguntur idest coniuguntur. Oriuntur idest nascuntur. Nutriuntur idest pascuntur. In eisdem scilicet pascuis hijs diuersis. Particulariter idest pro rationaliter sic videlicet q; vnus non habeat totuz sed vnusquisq; pro tempore quo fuerint in sua parochia habeat partem. Quid vero dh. Non sufficit vt puta non est nisi vna vacca que forsan non nisi alternis diebus mulgetur. Pro aquis de hijs Et de lana habes ordinationem expressaz supra capitulo proximo .h. de nutrimentis.

Alijs huiusmodi vt puta porcell. Ne dicitatem vel quia non habetur nisi vnus tale vel duo vel tria. Consuetudini locorum que aliubi e vt pro quolibz vitulo tertium quid soluatur & consimiliter pro vitulo & alijs huiusmodi & q; consuetudo in decimis considerari debet. Legitur & notatur extra eodem capitulo in aliquibus.

Sed in contrarium facit quia decime debentur iure diuino. Extra eodem c. tua nobis ergo consuetudo non potest supra vel in ra aliquid statuere xxi. distinctione inferior. Solucio consuetudo locum habet in decimis multipliciter. Uno modo vt videlicet vni ecclesie & non alteri debantur. Extra eodem capitulo Cum sint homines & capitulo ad apostolice. Sed q; laici minus soluant quam decimam non potest consuetudine introduci quia esset contra ius diuinum plus tamen posset deberi ex consuetudine puta vi. vij. viij. vel ix. Et de tali consuetudine scilicet quando plus soluitur potest intelligi c. p dictum in aliquibus hm Dextrum de Anicio eodem c. vlt. opponitur ad fi. Pluribus etiam modis alijs habet locum consuetudo in decimis prout ibi ponuntur exempla per Johan. an. in nouella & que ibi videre poteris. Quod autem hic' loquitur de consuetudine locorum intelligas de tali consuetudine que non excludit solucionem decime sz de tali que limitat ipsius decime solucionem ad comodum ecclesie scilicet ad verum valorem vel amplius prout legitur supra capitulo proximo vlt. de laice. Item precipimus. Dextum dictum. Occideritz ut in quibusdam partibus Anglie solet fieri quandoq; ad staurum proprium quandoq; vt vendantur in mercato. Fortuita scilicet de morina. Decimam legitimaz scilicet h quantitatem temporis vt pre dictum est. Habita scilicet respectu ad tempus quo in vna parochia vel alia manserint. Parochiali ecclesie illi scilicet infra quos parochiam pascebantur & habitabant pro tempore in tota computando. Et si omes Septimum dictum. Extra nec scilicet alterius parochie vel tales que non sunt oues alicuius certus parochie tales enim dicuntur ignote. C. de hered. instit. l. extraneum. Ibidem Scilicet vbi tonditur. Sufficienter Scilicet per testes fideles & ydoneos vel per scripturam inde confectam. Quilibz scilicet per illuz animus sunt oues vel illum ad debetur decima. Alibi Scilicet vbi pascebantur in estate Vt dictum est supra eodem .h. primo Ibidem Scilicet, vbi tonduntur. Modo legittimo Scilicet per probationem legitimam Vt predictum est pius & alter.

Idem.

Sancta ecclesia & infra. Cum sacro eloquio iubente de omnibus que nouantur per annum nullo tempore exclusa decime sint cum omni integritate & absq; diminucione solnende Sicutaq; vnicuiq; capellano parochiali rectori siue vicario parochianos suos per censuram ecclesiasticam ad solucionem decimarum compellere. Omnibus & singulis rectoribus vicarijs et capellanis parochialibus & ecclesiarum parochialium curatis per nostram prouinciaz constitutis virtute obediencie mandamus firmiter iniungentes. quatinus diligenter moneant & efficaciter inducant & quilibet ipsoruz in parochia sua moneat & inducat q; p dicti parochiani omnes & singuli integre & sine diminucione decimas inferius annotatas ecclesijs suis persoluant scilicet decimā lactis a primo tempore sue nouacionis Tam mense Augusti

ꝑ in alijs mensibus de prouentibus etiam boscorum parua gijs siluarum ⁊ ceterarum si vendantur vinariorum piscatorum fluminum stagnorum arborum pecorum columbarum seminū fructuum ⁊ bestiarum gauenarum aucupicij ortorum curtilagiorum lane ⁊ lini vini ⁊ granorum in locis quibus fabricantur ⁊ fodiuntur cignorum ⁊ capouum auearum ⁊ anatū ouorum thenecij agrorum apum mellis ⁊ cere prouentuum molendinorum venationū artificiorum negociationum necnō ⁊ agnorum vitulorum pullorum ⁊ equinorum secundum verū valorem ⁊ ommū prouentuum verū aliarum de cetero satisfaciant cōpetenter ecclesijs quibus de iure tenentur nullis expensis ratione prestationis decimarum deductis seu retentis nisi tantum de prestatione decimarum artificiorū ⁊ negociationum. Quod si monitionibus suis parere contempserint per suspensiones excōmunicationes ⁊ interdicti sentencias eos ad prestationem predictarū decimarū cōpellant

Sancta ecclesia Hec ostitutio attribuitur ⁊ ascribitur Roberto roynchelsee archiepiscopo cantuarien. Et summarie recitat de quibus rebus ⁊ quomodo decime sunt prestande. Et habet tres ptes In prima recitat iura antiqua ⁊ ostitutiones prius editas In secūda ibi Omnibus mandat monitiones fieri pro decimis soluendis. ⁊ declarat specifice de quibus In tercia ibi Quod si precipit nolentes soluere compelli p censuras ecclesiasticas ⁊ infra Hic deridet multiplex malicia laicorū ostra iura ecclesiastica ⁊ presertim circa non solutionem decimarū Sacra eloquia Ieuitici xxvij. ij. palipomenon xxxi. Debentur ymmo ⁊ de omnibus que producit humus ij. palipomenō xxxi. Nulla tempora Patet ad hec ff. so. ma. l. diuersitas ℌ quod in anno ⁊ ex c. c. ex p te canonicorū ⁊ c. cum in tua. Diminutiua Sic ergo nō valet consuetudo vt mino decima soluatur vt dixi supra e. c. pxi. d. consuetudini locorū. Dicit etiam Aug⁹. qui vult indulgentiam peccatorum merari roddat debitam ⁊ de ix. ptibus faciet elemosinam xvi. q. i. decime in fi. Parochianus suus hoc loco intelligere potes pochianos etiam illos qui nō habent ibi domicilium sed habēt ibi terras possessiones vt alias ex quibus tenētur solue decimas Cui sme nota. notata p Jo. de athona in ostitucōne octoboni improbam d. tenentur Et hoc verū puto vt scilicet tales pōt moueri tamē pochiani in genere nō tamen excōmunicari si nō soluāt. qz licet terre sint infra pochiam psone tamen eius non sunt de iurisdictione eius infra cui pochiam sunt terre Ad aius maiorem declarationem vide notata supra de iudic. c. quidā rusticus d. ante citationem factam vsq. iiij. ans fu Censuram ecclesiasticam Cuius nomine ptinetur suspensio excomunicatio ⁊ interdictū de d. sig. qnerati. Et vide que dixi supra e. c. quoniam ppter vsq. Sed qm d. censuram Omnibus scz moncant tanq vi re vel vna pro omnibus sm ea que leguntur de sen. excō. c. ostitutionē. in fi. li. vi. Alias aliquis excōicans vel alia censura exercens pmiendus est put notatur de sen. excō. c. sacro obi de hoc plene Alias tū q qnqz ad effectū inaurrendi prna latam a canone vel a iure suffiat vna requisitio ptis dū tū probare possit ad effectum vt ostituat eū qui requiritur otumacem de decimis c. i. d. factū p Jo. an. in clem. Ecclesijs suis scz de predialibus vbi sita sunt predia de psonalibꝰ vbi ardiunt diuina ⁊ recipiūt ecclesiastica sacramēta extra e. c. ad apostolice. Lactis siue vaccarum siue ouiū vel caprarū aliorū re animalium de quibus colligitur lac Filis meis scz. scot. supra e. c. ꝑꝑ diuersas d. de laste Bolcorum idest siluarum de quibus dictū est supra e. c. ꝑꝑ Pānagijs idest pastu porcorū in nemoribꝫ ⁊ in siluis vt puta de glandibꝫ ⁊ alijs fructibꝫ arborū quarū fructus aliter nō solebāt colligi. Ceterarū scz arborū siluestriū si Debentur videlicet decimū denariū Si aūt no debentur scz pro ii gratis de huiusmodi fructibꝫ pascantur. Tūc qz tales fructus trāseūt ad suo onere sī e. c. pastoralis dominus potorū soluet decimā sm estimationem fructuū hmōdi ꝑ ut clare notatur extra e. ti. c. omissum ꝑ Jo. de. Vinariorū idest in locis quibus pisces pascuntur ⁊ impiguātur sm Januensem vel nō de sta. mo. c. i. d. saltus in cle. p Jo. an. Et de huiusmodi vinarijs habetur mencō ff. de vsufruc. l. vsufructuarum venari vbi venatium ponitur pro loco vbi fere includūtur

Piscatorium id est vendendum pisces & sic intelligas de lucro q querunt de piscib⁹ quos capiunt vel alias est in littera piscatorum & sic sumitur pro loco preparato arti ficiose vt ibi capiantur pisces extra eodez p uenit Fluuiatilium id est aquatum que sunt in fluuio Est enim fluuius pennis aquatum trans/flumen vero proprie est ipsa aq̄ sm ysid. Stagnorum stagnum est aqua artificialiter collecta non discurrens sz stās & est idem q lacus sm ysid. Quomodo autē de locis predictis & alijs piscationibus sol uenda est decima dixi supra eodem c. quoniā propter.q de piscationibus v. debito modo

Arborum etiam grossarum vt dixi supra eodem c. quāquam v. venasatur nec obstat q tales arbores non sunt in fructu ff. solu. to matrimonio l. diuerso.q. si fundum ff. de vsufruct. l. sed si grandes nā lapidibus que non venasantur nisi sunt in fructu. vt dcā. l. diuerso.q. si vñ in fundo & tamen de lapidibus debetur decima vt notat hostien. extra eodem c. peruenit hoc etiam sic probatur nam de ligno debeatur decima vt notat ibi hostien & dixi supra eodem c. quāquam v. lignis vbi patet q lignum proprie sumptum dicitur ad cōburendum non ad edificandum disponitur sed satis constat multas grossas arbores ad edificandum ergo si tales arbores prosternantur debet de eis solui decima pro batur etiam hoc per illud generale dictum q cult vt de omni eo q producit humus solu atur decima ij. pal. xxxi. nec obstat si dicat q de istis arboribz non consuevit solui decima nec vlla decima soluta est a tempore cuius contrarij non est memoria & sic in hoc videtur esse prescriptum extra de prescript̄. c. i. li bro sexto/quia verum est q prescriptio loci habere non potest vbi ille cui ius cōpetit agere non potest cum esset materia super q̄ expe riatur vt hic & in casu nostro vbi videlicet q centum annos vel ducentos forsan arbores in aliqua silua non fuerunt prostrate & sic ñ potuit peti decima & pro tanto dicit Innoc. q cōtra habentem merum imperium non p̄scribitur si centum annis non occurrat ca sus a quo posset dictum imperium exercere. extra de capellis mo. dilectus patet etiaz hoc per ea que notat Jo. an. de cle. coniug. t. Johannes vbi dicit q contra leges multas q̄ in practica non occurrunt non prescribitur Sed hodie eis vtemur si casus contingeret Item notat Cynus in l. ij. C. Que sit long. consuetudo/optime facit ad hoc l. arbori bus ff. nam & si agatur ff. de vsufruct. & sic notatur extra e. ti. c. quoniam in principio. q pr. de ancho. preterea thesaurus inuentus non est in fructu sicut patet dicta l. diuerso q. si fundum & tamen de thesauro inuento sol uenda est decima tanquam de lucro. & clare notat petrus de ancho. extra e. c. pastoralis ff. primo ad questiones/est enim lucrum q pe uenit ex negociatione Item ex quasi negoci atione vt in salario aduocationis vel doctri ne Item extra omnem negociationez vt si michi donas centum vel inuenio thesaurum quā quandoq totū cōsequor quandoq par tem Insti. de re. di. q. thesauros & q. sequenti vnde de omni lucro soluenda est decima

Pecorum de hijs dixi supra eodem c. proxi. v. pecorum

Columbarium alias columbariorum domus vel locorum vbi nutriuntur & producuntur columbe

Vetulinum De hijs dixi supra eodem c. quoniam v. seminibus

Fructuum hij sunt proprie agrorum & arborum Improprie vero dicitur fructus de animalibus sm ysid.

Bestiarum vagarum scilicet ferarum bestiarum que sunt sub custodia certorum custodū posi te vt patet in saltibus foresti parcis & alijs locis ad nutriendas feras bestias deputatis de statu mo. c. i. q. primo in clemen. & ibi per Jo. an. v. gnarenas & eodem v. per paulum & ibi etiam eodem v. per vil. qui in spē concordat expositioni predicte scilicet vt gnarena dicatur locus quo ad custodiam huiusmodi bestiarum & idem notat ibi gesselinus & dicitur gnārena a gnardia que idem est q custodia facit ad hoc natura tituli in li. feudorum de feudo gnardie & castaldie coll. x.

Aucupucij alias simile habes .ff. de vsufruct. l. Item si fundum q. auspiciorum et dicitur auspicium id est aspicio avium & talis decima censebitur predialis vel personalis sicut dictum est de piscibus supra eodem c. quoniam q. piscationibus v. debito modo. viz de avibus vbi includūtur in alio certo loco vt columbe in columbaria vel si capiātur in nidis existentibus infra parochiam alicuius tunc decima est predialis Alioquin si non includantur erit personalis vt notant doctores extra eodem c. non est

Curtilagiorū vulgare est non omnium priarum. sed certarum est enim curtis mansio vel ma neriū ad inhabitandū cum terris possessionibus & alijs emolumentis ad tale maneriuz pertinentibus put satis colligitur in li. feudorū ti. de controuersia instituit. q. si quis de manso coll. x. vñ curtilagiū dicit locus coniunctus tali curti vbi legūtur herbe vel olera sic dictus a curtis & lego legis pro colligere

Diuy id est duarū ad faciendū vnū. vel dic q decima ipsius vini nouiter facti debet solui quando ex consuetudine sic fieri solet Sicut in quibusdam partibus solet decimari cerui sia & talis decimatio est iustior quia si aratus reciperet decimas vnarum maturarum in domū possessoris collectarū forsan modicū recipet propter defluenciam liquoris ex ip sis vnis in ipsarum caricationē cōfractis

Grani genitale est cuiuslibet seminis per excellentiam tamen intelligitur specialiter de frumento sm Jacob. Tyrocinium. vulgare anglicorum est q̃ velet ad obtundū de terra dispositā preparata sicut patet in ista Eliē. q̃ aliis locis palucosis q̃ ligni appellatione continentur ff. de leg. iij. l. ligni & lignorum ff. quid mirum vbi etiam patet q̃ fentia que colliguntur de sterquilinibus animalium continentur appellatione lignorum & sic decimari debent. Fabricantur stilicet per artem aliquam sicut patet extra in tuis quas componunt tam nautes pelliam. Fodiuntur stilicet absq; tali arte sed solum fiunt mediante aliquo instrumento ad hoc preparato per quod aptantur & vsurpantur. Cignorum. Cignus genus auis est habentis plumas albas Et est dictio grecalatine vero dicitur olor q̃ quo ad pullos significatorum raptorum a iudo estimo q̃ decima debet predialis quia nascuntur in loco certo & suscipiuntur a loco certo Venus tamen diuersum si capiantur digni volantes a loco in certo sicut dictum est de piscibus supra e. c. quoniam & de piscationibus v. debito modo. Quarum Harum aliqui non soluunt decimas sicut nec de pullis gallinarum eo q̃ de ouis soluunt decimam. Consuetudo tamen in partibus meis habet contrarium vt supra tam de ouis q̃ de pullis soluant decimā Et hec consuetudo est valde rationabilis propter incrementum inde prouenies vel istud intelligi potest de anatibus feris. Cheneciis agrorum. Dest arborum crescentium circa agros pro clausura eorum. Quum. vt dixi supra e. c. quoniam ff. de prouentib⁹ p. molendinorum. Quarumcumque que silicet sunt de feris animalibus circa que tenet regulam quam posui supra e. c. quoniam &. de piscationibus v. debito modo. Doctores namq; circa decimas ferarum animum q̃ pisciū idem sapiunt extra e. c. non est. Negociationum. De hijs & pluribus alijs hic specificatis que numerantur inter decimas personales soluenda est decima deductis expensis tam necessarijs q̃ vtilibus & voluntarijs nisi fiant in fraudem ecclesie vt notant doctores extra e. c. pastoralis Et sic de solo lucro soluenda est decima in talibus vt ibi patet. ¶ Lucro ergo quid dicemus de artificijs & negotiationibus ciuitatis Romanorum. quia ex ordinatione antiqua in dicta ciuitate obseruata tenentur singulis dominicis diebus & in principalibus festis & sanctorum apostolorum & aliorum quorum virgilie ieiunantur offerre pro singulis domibus decem solidos reditus domus quas inhabitant vnum quadrantem Numquid exsentur pro huiusmodi oblationem a personalibus decimis que solui debent ex lucro artificij vel negotiationis quod non arguitur Nam decima predialis & personalis sunt decime omnino distincte & separate. Dic q̃ in eis non habet locum constitutio Et hoc satis patet quia in diuersis respectibus debetur vna videlicet predialis respectu rei. alia respectu industrie persone extra e. c. pastoralis & c. ad apostolice Patet etiā alia ratione quia decima predialis debetur ecclesie infra cuius parochiam predium situm est personalis vero debetur ecclesie vbi persona que debet eas soluere audit diuina & recipit ecclesie sacramenta xvi. q. i. questi. xiij. q. ij. i. Cum ergo verum sit q̃ pensio q̃ prouenit ex domo vel habitatione est redditus predialis ff. so. ma. l. diuersorio & in petitoriis & de illi redditu debetur decima vt notatur extra e. prouenit Dicitis concluditur q̃ solutio vnius non liberat ab obligatione alterius.

Preterea ius parochiale consistit nō solum in decimis sed etiam in oblationibus sicut extra e. sicut supra de rescriptis vbi decime & oblationes ponuntur vt diuersa vnde & quilibet fidelis tenetur in dominicis diebus & aliis festiuis duobus offerre. Et ad hoc noga potest sm consuetudinem regionis vt plene notat Hostien. e. ti. in summa &. In quibus ff. Sed numquid Allegat ad hoc de cō secra. di. i. Omnis christianus & c. si quis Illud intelligit de oblatione corporali non ergo solum mentali Cum ergo ordinatio ipsa talem redditum assignet ecclesie sub nomine oblationum videtur q̃ non sit habenda talis oblatio loco decime maxime personalis Preterea enim vbi aliqui possessiones adiacent onus certum vt stilicet aliquid certum sm redditum illius possessionis offerat cum inhabitans sint presupponitur in casu isto si possessio ipsa ad manus alterius venerit etiam si iudeus sit tenebitur ad solutionem oneris antedicti extra de vsuris c. quanto ad finem Facit ad idem extra e. c. de decimis. Talis namq; redditus est predialis Vnde iudei decimas prediales soluere tenentur et etiam oblationes que de decimis omnibus siue possessionibus & a personis inhabitantibus eas solui consuevit vt patet in auctoribus preallegatis non tamen ex obligatione persone sed rei Nam ad personales decimas nō tenentur iudei vt notant doctores dicto c. de decimis Et hoc verum per modum decimarum Venus tamen per modum interesse. Et sic possunt intelligi notata xvi. q. i. decime q̃ Jo. & archid. Et q̃ notatur q̃ Deum. ex e. tua nobis v. nequicie Cum ergo iudeus inhabitans talem domū tenetur ad oblationes pro alios ibi inhabitantes fieri consuetas non tamen tenetur ad solutionem decimarū q̃ sequitur q̃ talis oblatio nō pt nec debet reputari in solutione decimarū personalium.

Preterea ordinatio predicta indifferenter
artat quoscūqz inhabitantes siue sint artifi
ces vel mercatores vel quiuis alij vnde posi
to q domus aliqua inhabitetur per talē qui
non sit artifex nec negociator nec vllum lu
crum acquirat sed talis teneatur ad huiusmodi oblationes integre soluendas vt patz
ex superioribus satis apparet q talis obla
tio non pticipat de decimis personalibus
